BSB Bayerische StaatsBibliothek

MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Wimpfeling, Jakob [Verfasser] [Zusammenstellender] / Albrecht <II., Mainz, Erzbischof, Kurfürst, Kardinal> [Früherer Eigentümer] [Widmungsempfänger] / Dresanus, Joannes D. [Früherer Eigentümer]

Catalogus archiepiscoporum Moguntinorum - Hofbibliothek Aschaffenburg Ms. 22

Schlettstadt 1515

Aschaffenburg, Hofbibliothek -- Ms. 22

urn:nbn:de:bvb:12-bsb00122224-1

Johan Sturm l.

Jacob Wimpheling von
Schlettstatt

Fol. 1 – 52 (14.10.58) Ste

Vitae episcoporum Moguntiacorum
1515

Man.
22.
1515.

Joannes B. Bresanius
possessor.

ALBERTI BRANDENBVRGEN etc. IN signum interpretatio ioannis Sapidi Seletstani.

O ingens Alberte decus, rex maxime presul,
Quo nil Germanus sanctius orbis habet.
Qualia sunt certis memphitica symbola rebus,
Hec referunt mores mystica signa tuos.
A Parcit magnanimi pietas genuina leonis,
Mitia supplicibus sunt tua corda reis.
B Non Aquilina capit viles venatio muscas,
Non tua res curat mens generosa leves.
C Tutor Hyperboreis fului Gryps montibus auri est,
Tuq. tui mira sedulitate gregis.
D Candida sunt eque nigro discreta colore,
Quod duras equo sorte in utraq; modo.

B. C

A D

Reuerendissimo Inclitissimoq; principi Alberto Brandenburgio, Magdenburgen. & Maguntine metropolitanarum Ecclesiarum Archiepiscopo, Germaniæ Archicancellario & primati vr. Jacobus Wimphelingus Seletstatinus Sa: pa: licentia: peccator: sese vni: et comendat.

Vitam tuorum Inclitissime princeps in Archiepiscopatu Maguntino predecessorum: non dubito tuę illustrissime paternitati perspectissimam esse: ego tamen ob maximam meā inte caritatem: quod a viro probatissimo quondam accepi, non potui non cū quantalacumq; additiuncula mea: tuę illustrissime clementię transmittere sperans te bonorum (ut coepisti) vestigijs intentem, nobilissime Germanie pacem redditurum, qua vulgus in Clerum, qua proceres in Ciues, vel solo vel Rheno non grassentur. vtq; cum Incole tum Aduenę: tuto per terras nostras ambulent nec innocen-

Latrocinij mentio

ꝫ. 2ª. q. lxvi. ar. ix

Guilhl' Argen Eps Ratsamhusen

tissimi quiq; a Sictarijs equitibus (contra rationem & omnem legem) inhumanissime depredentur et cum forte qui se ad defendendum parant iaculis confodiantur vti cuidam prestanti viro ex Marchia, Illustrissimi patris tui: reb ad Cesarem: uel ad Summum Pontificem equitaturo: miserabiliter accidit: & hi tamen latrones, pauperculum ac stolidum pro exiguo furto (quo rapina ipsorum longe immanior est) ad laqueum nonnunquam iudicare solent/ vtinam germanici proceres et equites (hanc infamem labem (quam de ipsis etiam Suitenses et ore & impressionibus predicant) a se tandem abdicarent. Sicut in toto Francie regno terras esse tutissimas, viatoresq; securissimos/ ex pio Guilhelmo Argentinen Episcopo. Astante nobili Georgio de Ratsamhusen ad lapidem, in patria mea nuper his auribus audiui. Det tibi Dominus Deus gratiam. qua tuis vtriusq; Status subditis. cum tua et tuorum salute feliciter preesse possis. Ex Selezia Kal. Augus ti. M. D. X V.

Pauca de

Prefaciuncula

Pauca de primis Maguntine, ceterarumque Germanie Diocesium Episcopis extant monumenta: vel quia fideliter annotata non sunt, vel quod posteritatis incuria perierunt. legimus tamen cum Tyranni in Cristianos grassari desyssent. in Maguntiaco quoque ex diuina gratia religionem in germania disseminatam coepisse florere. cumque indies ea proficeret. Sacro sancte Sedi Apostolice uisum esse. vrbem tam preclaram. Episcopalis dignitatis honorifica Cathedra sublimare. Quam (uti memorie proditum est) primus omnium feliciter rexit.

Crescens Qui et Crescentius a Diuo Paulo ad nostrates missus. multos ad Cristi fidem conuertit ut scribit Petrus Episcopus equilinus in Cathalogo Sanctorum. lib: vj. CXV obyt v. Kalendas July.

Martinus Quem aly Marinum uocant

Bodardus

Susphronius

Rudharius

Anno ccc
Lv.

Circa annum uero salutis nostre Quadringentesimu
quinquagesimum quintum hanc nobilissimam eccle
siam rexit.

Aureus martir: frater sancte Iustine virginis et
martiris de quibus in Diocesi quondam Wormati
ensi die quadam horas Canonicas legisse me recordor.

Maximus doctor indubie in sacris litteris doctus,
quibus ea etate pleriq; omnes incumbebant. prin
cipum precipue liberis sacris initiandi, si sanctorum
legendis fides est adhibenda.

Sidonius

Sigemundus

Leutgasius

Rottelinus

Koettelinus
Lantvaldus
Lobaldus
Sigebertus Auunculus beate Bilhildis que Sanctimonialium Cenobium veteris Celle in Maguntiaco edificauit

Geroldus
Geuiliobus Geroldi proximi filius naturalis. Qui ad expeditionem in Saxones missus, Patris sui Geroldi interemptorem, dolo verbisque pacificis occidit, Quapropter in sacro sancto prouinciali concilio (Carlomanno & Pipino Francorum ducibus presentibus) canonice conuictus, Episcopali culmine exauctoratus est. F.

Sinodus prouincialis
Carlomannus
Pipinus

Bonifacius (cui prius nomen Winfrido fuisse perhibent) sub Gregorio secundo huic sufficitur, De quo Platina scribit, sunt qui scribant Bonifacium huius Pontificis tempore, e Britãnia Romam venisse et ex Monacho ob eius Sanctitatem episcopum factũ. ac in Germaniam ad confirmandos predicatione et exemplo Germanos, in fide missum, quod quidem ita egregie fecit, ut Maguntinus episcopus creari meru, erit Anno septingentesimo decimo quinto, germanos e tenebris (ut Platine uerbis utar) educẽs, proposita ueritatis luce, Monasteria queq; monachorum et virginum, in Germanie partibus primus instituit, et duas Antistitum sedes, vnam in Wirtzburgo cui Burcardum collegam, alteram in Eystadio cui willi, baldum prefecerat erexit, atq; in ciuitate Suessionũ Pipinum in regem (ductu Zacharię Pontificis) unxit Francorum; In Aphricam deinde proficiscens, ut uult Platina, nostri uero Frisiam dicunt, cum verbum dei elegantissime predicaret, ab hostibus Cristiani nominis nonas Junij martirio coronatus occiditur prius Lullo qui sibi in Archiepiscopatu succederet

Germani conuer, tuntur

Anno Cristi vij^c xv Platina

Wirtzburg

Eychstad

Zacharias papa

instituto, antea enim Maguntinam sub archiepiscopatu Vangionum fuisse perhibent, quem ob crebras factiones & diras duum episcoporum cedes ipsis crediderim adeptum et ad Maguntina translatum. Eneas in Europa meminit de quodam Alberto episcopo maguntino. Fulden. Cenoby fundatore a Phrisonibus martirio coronato. Arbitror in nomine hallucinatum fuisse.

Eneas silvius

Lullus secundus Archiepiscopus Maguntinus natione Anglicus. Vir admodum sanctus, religionis diui Benedicti (de qua & Bonifatius erat) seruantissimus. Monasterium ordinis Sancti Benedicti fundauit in Hyrsfelt quod et ipse dedicauit. Etate mea (ni fallor) in ecclesiam collegiatam translatum. Possunt nonnunquam Episcopi et Archiepiscopi (si uelint) per sese et suos iudices, Officiales Archidiaconos. Fisci promotores vitia cleri secularis aptius et felicius comprimere et castigare quam Abbates aut priores monachorum et ex sacerdotibus secularibus vi testamenti aut fuctos

Disciplinã seu ut uocãt

reformatione obedientium

sionis (indulto aut uti uocant Fertone precio) maiora emolumenta sanguine coniunctis proueniunt. quod ad amiciciam et caritatem popularium et ecclesiastico-rum nonnihil conducere uidetur, cum & fratres a quibus nihil speratur ad hereditates quoque in affinium et rerum publicarum iacturam aspirent

Aptius inque Canonicis penis, puta Anathemate/suspen-sione/permutationis coactione. aut tandem sacerdoti-orum priuatione: cum alii rebelles, pro vitiis expulsi ad liberiora quandoque loca gaudeant proficisci. Fortu-natius denique absque insidiarum aut veneni metu. quod in Diuo Benedicto compertum est. Et Enea Siluio teste, in sua Europa/ dum Ludouicus Hassie Lant-grauius, reformaturus monasterium quoddam sue ditionis ingreditur/et inuitatus cum Monachis edit. venenum pro cibo inter edendum sumpsisse creditus est. Nam et ipse et Abbas qui reformationem pecierat paulo post extincti feruntur.

Eneas

Hassie lantgrauius

Regere cepit Lullus circiter Annum domini septin-gentesimum Quinquagesimum sextum.

Anno VII^c LVI

Sedit Annis XXXII.

Richolphus III Archiepiscopus Maguntinus Lullo successit Anno salutis nostre septingentesimo octogesimo septimo qui ductu Caroli Magni monasterium sancti Albani extruxit. quod anno eius vicesimo dedicatum est. Legitur de hoc in eius Epithafio versiculis (quales illa etas eciam Apud exteros cecinit) conscripto.

Anno VII^c LXXXVII

Martiris Albani renouauit culmina Richolf
Antistes humilis. Cristi deuotus honore
Exornans aram preciosis atq; metallis.

Versus

Legi quondam Epitafium Vastradant vxoris Caroli Magni. Saxo inscriptum In descensu quorundam graduum in monte diui Albani. Quo non frustra moueor: ut prescriptis fidem adhibeam faciliorem.
Sedit annis XXVII

Epithaphium vxoris Caroli Magni.

Haystolphus Richolpho sufficitur Anno domini octingentesimo tertiodecimo. Ad quem Rabanus quantum ad versus laboriosissimos attinet gloria germanorum nonnulla scripsit. Inde conijcitur haystalphum doctū

Anno VIII^c XIII

et eruditum fuisse. Quis enim uir prudens stolido inerti et indocto aut bonarum litterarum osori lucubratiunculas suas unquam dedicare aut inscribere uelit?
Sedit annis undecim cuius tumbā ad S albanū extra ... scribunt

Anno VIII°XXIIII^to

Othogarius subrogatur Anno Cristi Octingentesimo vicesimo quarto. Qui sanctissima vxoris et filie Severi Episcopi corpora (quarum illa Vincentia, hec Innocentia vocata est) ex Rauenna secum adduxit
Sedit annis XXII

Anno VIII°XLVI^to

Rhabanus Abbas prius Fuldensis succedit Anno virgenei partus octingentesimo sexto. is in sacris literis & poetica doctissimus fuit: Nam de sancta Cruce carmen admirabile contexuit, ad quod imprimendum cum alijs non nihil opere adhibui. quam utilia et quam multa Rabanus scripserit. Ioannes Trittemius olim

Trittemius

in Spanheim, nunc ad Scotos Herbipolenses abbas.
de ecclesiasticis scriptoribus commemorat. Verum ne
de germano germanorum testimonia suspecta sint
audiamus unum ex Italis (quorum aliqui frigide, in
laudem germanorum scribunt) Platinam inquam qui
in Gregorio quarto sic de nostrate Rabano perscripsit.
Sunt qui scribant rogatu lodouici, Gregorium sanctorum
omnium celebritatem calendis nouembris instituisse:
eamque rem magnopere a Rabano monacho theologo insig
ni carminibus et prosa laudatam fuisse: in his enim
duobus dicendi generibus, vir doctus ut illa maxime
tempestate satis ualebat. Commentatus est idem Rabanus
et librum Paralipomenon & Machabeos. Habuit etiam
sermones satis elegantes ad populum. Sed is potissimum
laudatur: quem habuit in celebritate omnium sanctorum
Sedit annis decem

Platina

Carolus eligitur Anno verbi incarnati octingentesimo
quinquagesimo quinto. Sedit Annis nouem.

Anno octingentesimo LV.^to

Anno VIII^c LXIII

Luitbertus Ecclesie Maguntine preficitur anno reparationis nostre Octingentesimo Sexagesimo tertio Sedit annis viginti sex

Anno VIII^c LXXXIX

Sunderoldus eligitur anno domini Octingentesimo octogesimo nono Is A nortmannis in Civitate vangionum occisus est Sedit annis tantum duobus.

Anno VIII^c XCII

Hatto Anno Cristi successit Octingentesimo nonagesimo secundo. hic ab Enea otho vocatus in Albertum franconie comitem astu quodam seu (ut dici solet) greca fide aut curtisani subtilitate usus est Nam cum albertus Conrado comite. Ludouici regis filio. a se interempto in Arcem bambergensem arte et natura munitam confugisset et Regi qui arcem obsederat. Difficilis loci expugnatio videretur: Otho Maguntinus archiepiscopus vel regi morem gesturus: vel iustitie zelo estuans ne tantum flagitium (ut etate nostra) inultum maneret ad Albertum profectus. litis arbitrum se dixit. Rogavitque

Eneas in Europa
Albert Comes Bamberg

Albertum ad Imperatorem in castra descenderet, quia
uel pacem ei daret. uel in arcem reduceret incolumem:
Credidit albertus. et accepta iurisiurandi religione
Othonem secutus est, vix arcem egressi erant. cum otho
uereor inquit. ne diu apud Imperatorem morari oporte-
at. vtilius fortasse consilium erat prius sumpsisse cibum:
laudauit Albertus verba presulis. et in castellum redi-
ens Othoni prandium dedit. Quo sumpto ad Impera-
torem cum eo perrexit, ubi mox captus est, et capitali
sententia damnatus. Cui Archiepiscopi fidem imploranti
Respondit parum religiosus pontifex se fidei satisfecisse
qui semel reduxisset incolumem, dum ad prandium in-
troiuit. bis reducere non promisisse. pro qua perfidia
legitur Otho siue hatto a Cacodemone in monte Sicilie
in puteum flammeum precipitatum, uoce per aerem
audita. Sic peccata lues, sicque ruendo rues.
Sedit annis uiginti uno.

Ann:
Nongentesimo
xv

Herigerus succesit Anno dominice incarnationis nogentesimo duodecimo, Sedit annis quindecim

Anno
Nongentesimo
XXVII

Hildibertus Abbas antea Fuldensis subrogatur Anno Cristi Nongentesimo vicesimo septimo. Sedit annis nouem

Ann:
Nongentesimo
XXXVI
Claustrum diui Petri

Fridericus ecclesie Maguntine preficitur Anno Salutis Nongentesimo tricesimo sexto. Hic diui Petri claustrum legitur extruxisse.
Sedit annis decem et octo

Ann
Nongentesimo
LIIII
Fulda
Lupold Bebenburg

Guilhelmus filius othonis primi eligitur anno nostre salutis nongentesimo quinquagesimo quarto. Sub quo Hademarus Fuldensis Abbas in eodem monasterio magnifica edificia erexit
Guilhelmum illum Lupoldus Bebenburgius Ioannis Andree discipulus, ab eoque doctorati iuris insignitus

in libro de Zelo principum germanorum capite XIII
scribit Othonis primi fratrem fuisse. Eundem Lupoldi
libellum bona fortuna in quadam bibliotheca repertum
et ere meo exscriptum, curaui impressum iri, tum ad
laudem germanię. Tum ut ętatis nostre principes ad
maiorem in Cristi religionem atque in ecclesiasticos zelum
et feruorem (exemplo ueterum) incitarentur. Fuerunt
enim tum etate mea: principum familiares & prefecti,
qui Cenobia, qui Zenodochia: qui cathedrales et secunda-
rias ecclesias, pro Cristi ministris atque pauperibus a Cristi-
anissimis Cesaribus et Regibus fundatas, maluissent esse
equorum carceres, stabula canum, aut receptacula predonum.
Eundem lupoldum, cui ad Fridericum Camerarium van-
gionum, militem Epistolium premisi, audio eius iussu et
impensis, e latino in germanicam linguam, esse traductum.
Sedit annis xiiij

Fridericus dal-
burgius miles

Hatto II Abbas Fuldensis successit anno domini nostri
nongentesimo sexagesimo octauo. hic tempore famis &
inedię scribitur turbam utriusque sexus, panis cupidam

Anno
IXc LXVIII

horreo inclusisse. et uiuos flammis consumpsisse. qui
cum eiularent. dixisse Hatthonem. En quomodo mures
isti sibilant. Quapropter iusto Dei iudicio mures effugere
nequibat, quin ab eis tandem deuoraretur. Simile mor-
tis genus Wilderolpho Argentinensium Episcopo propter
sacrilegium accidisse. ferunt, sicut in eorundem cathalogo
inseritur, et huiuscemodi rerum pictura in Argentinensi
templo plane uidetur, Vtinam Hattonem hec uerba gregorij
permouissent inquientis. Offerenda est eis consolatio quos
caminus paupertatis excoquit. vtinam uel efficaciter
quartum Ecclesiastici caput relegisset. Hic in animum
mihi uenit. quod cum nuper Georgium Gemingerum
paulo ante obitum suum accederem. inueni illum
gregorij moralia lectitantem, qui mox me uiso dicebat.
Ecce mi Iacobe hic incidi in caput quod ego ipse ex-
scribam, et fratri ac domino meo Vrieli Archiepiscopo
mittam. Sciscitanti mihi de quanam re caput illud
mentionem faceret. Respondit. de eo quod pauperes
et agricole a principibus et episcopis non sint oppri-
mendi sed benigne et paterne tractandi. Doleo me
non inquisiuisse quotum et cuius libri caput fuerit,

Wilderolphus Argen. Epus
Cathalogus Argen. episcoporum

Eccles. IIII

Georgius gem-
inger.

Iam enim illud citarem, et citassem forte in Monarch-
ia ad Cesarem Maximilianum: Sedit annis duobus.

Maximil

Robertus sedi Maguntine preficitur Anno
Cristi nongentesimo septuagesimo
Sedit annis septem.

Anno
Nongentesimo
septuagesimo

Willigisus Roberto sufficitur Anno salutis hu-
mane Nongentesimo Septuagesimo septimo Hic divi
Martini sacram edem cepit extruere, Divi quoque Vi-
ctoris et Steffani (ubi quiescit) templa edificavit,
Heinricum Bavarie Saxonieque ducem, Sacri Romani
Imperii Regem ac Imperatorem legitima electione
designatum, relatumque a Summo pontifice inter
omnes consecravit. Legi quondam in Annalibus Ger-
manicis Vuilligisum vel aurige vel plaustrarii (seu
iuxta grecos automatarii) filium in penetralibus
suis Rotam cum his aut similibus verbis. Memento
unde veneris depictam habuisse. qua inspecta, memor

Nongentesimo
lxxvii
Ecclesia S Martini
S. Victoris & Ste-
phani
Heinricus Caes

Origo insignium
Archiepiscopatus
Maguntini

origimis, minus intumesceret: iuxta ecclesiasticum into
nantem: Rectorem te posuerunt, noli extolli, esto in illis
quasi vnus ex ipsis. cui Petrus alludit. Pascite qui in nobis
est gregem dei. prouidentes non coacte sed spontanee, se-
cundum deum, neq; turpis lucri gratia, sed uoluntarie:
neq; ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex
animo. & cum apparuerit princeps Pastorum percipie tis
immarcessibilem glorie coronam. Ea vuilligisi insignia suc-
cessores in hunc usq; diem usurparunt. vidisse me memi-
ni in Curia magistri Godescalci eschenbrockij. Diui Stepha-
ni Canonici, Sarcophagum, in quo sancti illius presulis mem-
bra credita sunt quieuisse. legi quoque ab hoc vuilligiso
presente Erckenbaldo Argentinensium episcopo. Gebehar
dum ac Gamomolphum Constantienses. Dietmarum
pragensis Lyndolphum & Ettcum Augustensis. Kura
rium Padarbrunensis ecclesiarum episcopos esse con-
secratos. Iam indubie gaudet uterq;: et Vuilligisus &
Erckenbaldus. De his sanctissimis exercitijs que ad
Episcopos attinent expletis. pro eis sempiternam a deo
Optimo maximo mercedem accepturus. O beatos
Antistites: qui pro gallea mitram, pro thorace ta:

Eccles: xxxij

I Pe: v

M. godescalcus

sulam, pro ense baculum pastoralem amant. qui pro
venatu, ecclesias visitant, pro chorea, sacros ordines con-
ferunt. qui pro chartis lusoriis, Sacras Pontificiasque lit-
teras revoluunt. qui pro vili et infami ac infamante
muliercula, Dominam nostram purissimamque dei ma-
trem diligunt, colunt, venerantur. qui pro cetu calami
stratorum venantium, aut Lanceis congredientium, sacran-
tissimas sinodos celebrant, statuta promulgant. vitia
eliminant. qui prefectos, qui iudices, qui morum censores.
(hoc est in spiritualibus vicarios) severos, integros graves
muneribus incorruptos, constantes, inadulabiles, non
avaros, non concubinarios, non scortorum servos,
non spuriorum patres. populo et Clero preficere con-
sueverunt. Nempe si Episcopus omnia sua munera
per alios fieri sinat, ipse ocio aut voluptati deditus,
timeat ne suis vicariis ad superos intromissis, ipse
foris defleat & dentibus strideat, et ne si dixerit om-
nia sese per alios implesse, responsum audiat. fingas
ergo te per eosdem, qui vicem tuam impleverunt gau-
diis celestibus interesse, uti nuper mihi episcopos
germanorum excusanti. Erasmus Roterodamus venuste

Aul: Gellius li. XIIII c. IIII. Exo. XVIII. Bern. ad euge[n] li. IIII.

Er: Roterodam[us]

ac lepide respondebat. Legitur quoq. willigisus Monaste-
rium Dorlam in Turingia extruxisse.
Presedit Ecclesie annis xxxiij

Anno
M. xj

Erckenbaldus Abbas prius Fuldensis willigiso
sufficitur. Anno reparationis humane Millesimo vn-
decimo qui sancte Marie Claustrum in campis ex-
truxit, temporibus heinrici et Conradi Imperatorum
Sedit annis nouem

Ann
M. xx

Erybo succedit anno domini Milesimo vicesimo
et in sacris et in secularibus litteris doctus fuit, &
pleraq. scripsit, vti Johannes Trittemius De scriptori-
bus ecclesiasticis meminit, Aribonem eum apellans
Qq. celebrata in selgenstadio synodo, multis episcopis
et Abbatibus presentibus, Anno domini milesimo vice-

Ann
M. xxiij

simo tertio, plurima religioni amplificande consen-
tanea, iuniureq. fundata constituerit. Ad eum veluti
doctissimum doctorumq. hominum summi ama-

torem viri per celebres diuersa Scripserunt, Sedit annis vndecim. Mortuus Anno salutis nostre Millesimo xxxi sub Conrado Imperatore

Anno XXXI Conrad: Imp:

Bardo qui diuorum numero ascitus primo Hirsfeldensi et Fuldensi Abbatijs prefuit Natoque iam Ihesu Dei filio M.xxxvj ad presulatus dignitatem euectus Cenobium Diuo Martino sacrum, quod nostro euo Maguntini ArchEpiscopatus principem sedem occupat dedicauit quibus cerimonijs Conradus Imperator quartus cum celebri comitum plurium Episcoporum frequentia plurimum decoris et ornamenti sua presentia contulit. His temporibus diua Kunigundis Imperatrix. que Diuo heinrico imperatori vxor contigerat. vita defuncta. cum Cristo esse cepit, cuius venerabile corpus honestissimo funerum ritu apud Nemetes terre commissum; Deinde aliquot post annis, Auctore deo (qui in sanctis suis operatur, nulla admiratione consequenda) Babenburgum delatum, & ibi maximo omnium non modo concursu sed et pietate, secundo sepulture commendatum est

Anno M xxxvj

Kunigundis

legimus Bardonem primum sacrifitium apud Vangiones Leone Papa & Conrado imperatore presentibus celebrasse. Presedit Bardo episcopatus prouintie annis. xx.

Anno M. Lij.

Luiboldus qui Bardoni succesit Anno Iesu dei optimi Maximi M. Lij. Magnificas edes Diuo Iacobo Apostolo dedicatas non modico sumptu in monte, cui a rerum euentu. Sancti Iacobi cognomen cessit fieri fecit quo in loco, dum iam rem episcopalem annis tractasset. viij & mensibus quattuor sepulchrum subyt

Anno M. LX.

Sigefridus Abbas Fuldensium munia Maguntine ecclesie obiuit Cristiano anno M. LX. qui uir admirande probitatis dote preditus, animique saluandi auidior quam glorie, collecta bona episcoporum parte, nec non nobilium alijsque compluribus, ita ut supra septem milia coegerat quibus armatis quo remam

scelerum expunctricem, (quas indulgentias uocamus) consequeretur, in Syriam. Solimorum sacerrima loca uisurus, profectus est, amissisque ceteris, tantum duobus milibus & ducentis se patrie reddidit, hinc ne nihil deuotionis intermitteret, neue tantillum uite spatium sine anime fruge transigeret. iter ad diuum Jacobum gallitie Hispaniarum patronum, arripuit cumque iam suos repetysset, rerum mundanarum perosus atque illis subtractus, cepit Cenobita apud Cluniacum solas diuinas & admirari et amplecti agens annum in prefectura episcopatus xiij. oritur de Episcopatu occupando contentio. et quem quisque uirtutum premio adipysci nequit, pecunie adminiculo Cristiane reipublice presentissimo ueneno, manibusque pedibusque sibi uendicare conmititur, Rebus itaque usque quaque misere afflictis Sigefridus benedicti-ne sese accommodare obedientie coactus. nam eum suus abbas (cui religionis obsequium per fidem adstrinxerat) ad intermissam ecclesie administrationem inuitum prursus compellebat Maguntiam redyt viij idus decembris, redditaque rerum tranquillitate, tandem delubrum

Ecclesia ad gradus b. marie

quod Sancte Marie ad gradus nomen habet admodu
sumptuosum edificari curauit. sed illud opere pretiu
est audire. Omnia scilicet huic Sigefrido cum Hein-
rico imperatore tertio aduersus Gregorium septimu
summum pontificem conuenisse. ita ut prorsus partes
Cesareas fouerit, cuius rei testem se adhibet. Platina

Platina

insignis pontificiarum uitarum scriptor. idq. in histo-
ria quam de predicto Gregorio texuit, inquit enim
inter Cetera. Dum hec Rome agerent. Henricus cu
Saxonibus hostibus feliciter pugnans, adeo felicitate
illa elatus ut habito conuentu apud Vormatiam
Sigifrido (sic eum uocat) Archiepiscopo Maguntino
negotium procurante, interdicere omnibus ausus sit
ne ulla in re pontifici romano obtemperarent Hacte-
nus Platina, nimirũ ut qui insita natura affectio-
ne suam patriam exteris nationibus plus adamabat
et ob id ipsum eo omni conatu tendebat quo eam in
sua libertate tueretur Ceterum cum iam XXV
annis episcopatum egisset, egit et animam.

Wezel

Wezelinus succedit anno Domini Millesimo octogesimo quinto. Egregium inuenio eum fuisse contionatorem. possunt non minus etatis nostre presules, si non ex suggestu, conuersatione tñ Cristiana, bona & preclara uita, honestate morum, et patenti uirtutum exemplo contionari. Quo populus et Clerus ratione preditus, sicuti uerbali cuiuspiam fraterculi declamatione, quandoq. nimium acri et indocta, ad uirtutes commoueri posset. Quippe si antistites liberalitatem in pauperes. si pudiciciam in corpore, si iusticiam erga omnes, obseruarent, si blasphemos, si ebriosos et adpotantes, stupratoresq. & adulteros, aulis suis excluderent, subditiquiq. capitis sui suorumq. familiarium exemplo, ad modestiam et religionem procliuiores redderentur, legeramus olim presentibus non infimi generis popularibus, sacratissimas leges contra blasphemiam et adbibitionem: in conuentibus Sacro sancti Romani imperij, a Cesare et principibus electoribus constitutas, cumq. ego more meo, has leges esse seruandas in faciem primorum secularum inculcarem, responsum euestigio fuit Magnatum illorum qui hec decreuissent aulicos, immanes esse nonnumquā

Anno M.LXXXV.

Predicare pñt Episcopi

& blasphemos et adbibitores / si ea vitia primum e principu curiis exterminarentur / oportunius rerum publicarū ciuiumq; rectores / posse in suos animaduertere / Sic alieno semper exemplo declinamus corda nostra in uerba malicie ad excusandas excusationes in peccatis
Sedit annis tribus

Anno M.LXXXVIII

Ruthardus subrogatur anno Cristi millesimo octogesimo octauo. Ad certum tempus sede pulsus est / sed postmodum reuocatus. Sedit annis uiginti duobus

Anno M.C.X.

Adalbertus Ruthardo sufficitur / anno Cristiano millesimo centesimo decimo. Qui insigne ordinis cistercien monasterium Erbacense prope asperum montem edificauit / Amore credo diui Bernhardi: qui olim rem diuinam illic habuisse creditus est. uti fratres inhabitantes / mihi retulerunt / presentibus humanissimis fratribus familie de vngula griphi, cuius nunc esse dicitur dominus Richardus Archiepiscopus Treuerensis. fra-

Griffenklo
Richardus archieps Treueren

trum illorum qui in arce sua liberalissime hospitio me ex
ceperunt, genitrix, e nobili domo Ratsamhusen fuerat
orta. affuit et peregrinationi mee non mediocri doct
rina et uirtute preditus, philippus furstenbergn, discipulus
quondam meus, in quo nullam labem deprehendi, Mag
nates tum seculares tum reuerendi Episcopi germanorum
pleraque fundarunt dotaruntque Cenobia, equitas ergo postu
lat, ne fundatores ab Abbatibus aut prioribus, priuilegiis
peruicatiter immixis contemnantur. Sacro sancta nempe
iura inter alia multa sanxerunt, ut abbates cum multa
humilitate & deuotione requirant episcopos pro benedictio
ne & quales erga seculares prelatos ceterisque religiosi
exhibere sese debeant Clementina religiosi de triunt. plane
demonstrat et altera de penis cupientes inducit, ut tum
in concionibus tum in expiandis animis sub anathema
te certis anni diebus plebem de prestandis decimis com
mone faciant si ab ecclesiarum rectoribus requirantur
tanquam ipsis decime debeantur cui aduersatur Joannes
de nigro monte ordinis predicatorum. Hussitas secutus
Enea in historia Boemorum auctore impie sensit fr
Joannes Magis impie foetere qui hoc venenum impres-

Ratsamhusen

Philippus furstenberg

c.j. de suppl: neglig: prela:

Cle: Religiosi De triunt

Cupientes de penis

Heresis fris ord: predic:

sione uulgarunt Sub hoc Adalberto urbis maguntine aliquam partem ipsumq. Diui Martini Monasterium ignis absumpsit Anno quo sanctorum Aurei et Iustine corpora in sancto albano reperta fuere Sedit annis viginti & septem.

Aurei & Iustine corpora reperta

Anni M c xxxviii

Adalbertus ii proximi Archiepiscopi Nepos & Erphordensis prepositus eligitur Anno incarnationis Dominice Millesimo Centesimo Tricesimo Octauo Sedit Annis quattuor.

Anni M. c. xli

Marcolfus Asch affenburgensis Prepositus Succedit Anno domini Millesimo centesimo quadragesimo primo Sedit annis duobus.

An M. c. xlii

Heinricus maioris domus prepositus preficitur Anno salutis nostre millesimo Centesimo quadragesimo secundo quem a quodam Cardinali indigne et inique eiectum reperi sedis uentrem laxaturus animam exalauit Sedit tamen heinricus annis decem

Lygurinus

ARnoldus huius Arnoldi hoc loco solum nomen
inueni nec introitum neq; exitum eius additum lego
licet quidam scribat ipsum septem annis prefuisse Verum
in ligurino libro primo de gestis Friderici primi Cesaris
hec carmina repperi in quibus arnoldi facit metionem
Hic quoq; multimodas dubia sub lite querelas
Emersisse ferunt quas inter maxima pene
Hec erat Arnoldus tuus et Maguntia presul
Hermannusq; Comes magno sub principe summo
Acriter inter se conflictum litis agebant
Idem Lygurinus Maguntiam describens & a na-
tura loci extollens inter alia sic addidit
Turribus hec eadem quondam murisq; superba
Pene fuit toto sedes notissima regno
Donec ob infandum detestandumq; furorem
Strata luit meritas occiso presule penas,
Inde ruinosis deformis & horrida muris
Testatur iustas offensi principis iras
Inde liquet Archiepiscopum quempiam sententia mea
hunc Arnoldum illic occisum, legisse quidem me scio
in Annalibus theutonicis, eius urbis populu, cuipiam

Archiepiscopo infestum ipsum usq; ad Diui Iacobi montem
persecutum in sacra ede et sibene memini apud sancta
sanctorum interemisse ob id Cesarem muros urbis Ma-
guntine per circuitum esse Demolitum Cenobio Diui Iacobi
depredato et exusto. Cuius Abbas Godefridus & Burckar-
dus scti Petri prepositus cum ciuibus Arnoldum odio per-
secuti Cesarem aduersus ipsum sepe interpellarunt

Anno
M.C.L.III.

Conradus succedit Anno Cristi millesimo centesi-
mo quinquagesimo tertio Cumq; duodecim fere annis
ecclesie presedisset a Friderico primo Imperatore ex-
auctoratur Lego Conradum statuta edidisse prouin-
cialia. Hic ne fuerit, an alter Rheni Comes isto poste-
rior, non dubito sacerdotibus Maguntinis qui histo-
rias reuoluunt esse perspectum

An
M.C.L.XV

Cristianus in Conradi locum subrogatur Anno nre
salutis millesimo centesimo sexagesimo quinto Sedit
annis decem & octo

Conradus post Cristianum sedi Maguntine restituitur Anno domini millesimo Centesimo octogesimo tertio Lun Regem hierosolime & Cipri in passagio coronauit Sedit annis decem et septem

Anno M.C.LXXXIII

Sifridus eligitur anno cristi millesimo ducentesimo. hic Synodos celebrauit prouinciales et in eis statuta saluberrima iuri scripto et diuino inmixta promulgauit Que si Episcopi suffraganei celebratis suo tempore synodis executioni (ut par esset) demandarent legata, et nothis et amasijs uel rumperentur uel qui legant, ecclesiastica carerent sepultura. Quam periculosum est ex Cristi patrimonio, focarie infami ad pompam ciuibus & matronis molestam, et puellis honestis in scandalum et ruinam ea largiter impendere que pauperrimis que pustulatis, que plebanis que famelicis scolasticis (ecclesie Catolice olim profuturis) largienda essent quis deniq. uir bonus ulla humanitate preditus, misellis illis amasiarum et prespiterorum filijs qui nullam parentum culpe partem habent inuidere uellet si

Anno M.CC.

modo a venenato matrum connubio intempestiue amissi, ne paternam incontinentiam imitentur (id quoque ipsorum dispensatio exprimit) a maturis preceptoribus. # Et Leo decimus Pontifex optimus Maximus in bulla reformationis ecclesie Tum concubinatum damnat puniendumque decernit Tum superfluam beneficiorum in unica priuata persona summis eciam patribus coniuncta pluralitatem detestatur

Ad pietatem in deum et ad frugalitatem in sacerdotiis occupandis instituerentur.

Gubernauit ecclesiam annis xxx.

Anno M CC XXX

Siegefridus II et Magnus anno pacis annunciante M. cc tricesimo . . Fridericum Imperatorem et expugnabat & excommunicabat Ecclesiam Maguntinam consecrauit anno millesimo ducentesimo tricesimo nono.
Prefuit sedi annis decem et nouem.

Cristianus II Ascendit sedem anno reconciliationis humane millesimo ducentesimo quadragesimo nono Superfuit annis duobus.

Anno M. CC. XLIX

Gerhardus Cristianum sequitur Anno lucis Cristiane millesimo ducentesimo quinquagesimo primo Rexit annis nouem.

Anno M CC. LI.

Wernherus huic in episcopatu successit Anno cristi M cc. lix. qui quidem multas & preclaras pro Clero Maguntine prouintie leges sanxiuit
Sedit annis xxv.
Hoc mortuo. sedes Moguntina aliquandiu vacauit. Discordia siquidem orta. duo simul electi sunt Petrus videlicet Basiliensis in ecclesia maiori prepositus. et Gerhardus de Eppenstein Archidiaconus Treuerensis: quorum negotio in Curia romana diu multumque sursum et deorsum dimidicato neuter obtinuit nam utroque posthabito honorius huius nominis IIII Papa. quondam

Anno M. cc. lix.

Henricum professionis Divi Francisci Episcopum Basiliensem Moguntine sedi prefecit, predictumque Prepositum in Episcopum Basilien elegit consecravitque Qui olim Rudolphi Romanorum regis medicus extiterat. Legi in annalibus Argentinis quorundam illic in episcopos electorum propter scismata metropolitane (cuius archiepiscopi suffraganeos confirmarant fuisse prorogatam.

Anno M.cc.LxxxV.

Henricus ille de Isnigen electus est ab Honorio Anno reparationis nostre M.cc.LxxxV. Sedi tribus annis prefuit. atque mortuus humili pompa in Ecclesia Cathedrali sepelitur hoc epithaphio celebratus. Hic iacent in fossa heinrici mendici ossa.
Sedes vacavit anno uno.

Ann M.cc.xc.

Gerhardus de eppenstein Canonicus et Archidiaconus treverensis. henricum secutus A Nicolao Papa IIII Anno salutis humane M.cc.xc. Moguntiensis episcopus subrogatus est Qui legibus quas preclaras

promulgauit non nihil Clero maguntine prefuit
Sedit annis quindecim.

Petrus Treuerensis Anno a nato Cristo M.ccc.vi
Gerhardo successit, qui ecclesiam adeo locupletauit ut
sella aurea eam donauerit, quam ipse quondam a
Joanne Bohemie rege olim heinrici Imperatoris Filio
munere accepit Dum is regio Diademate coronaretur
hic idem Carthusienses urbi maguntine primos insti-
tuit, eosque emolumentis et censibus dotauit, Neque hoc
contentus cum et insuper collegium canonicorum
diue Katherine Oppenheimij fundauit, Statutaque
prouincialia contra hereticos prauasque consuetudines
promulgauit Fuerat hic antea Canonicus Spirensis
cuius ecclesie quotidianas distributiones auxit
mox inde Basiliensium presul. Rexit annis circiter xiiij.

Anno
M.ccc.vi.

Oppenhei

Mathias De buchsecke hunc sequitur Anno nata
litij saluatoris M.ccc.xx. Ille dum benedicti regule

Anno
M.ccc.xx

se subiecerat Prefuit annos VI

Anno M ccc xxviij

Heinricus ex Virnburg hoc extincto Episcopatum assecutus est Anno seruatoris hominum M ccc xxviij qui cum forte Lodouici Bauari Imperatoris partes et arma sequeretur atque iuuaret a dignitate pulsus est. Annosque adhuc octo superfuit quibus contra ipsum et Bernonem siue Cunonem de Falckenstein ecclesie maguntine prouisorem. quidam Gerlacus, lite exarsit Sedit annis XV.

Anno M ccc xlij

Erenfels expugnatur

Gerlacus Comes de Nassow post hunc sedi presidetur anno a redempto mundo M ccc xlij hoc presidente Anno M ccc liij arx Erenfels expugnata deuastataque fuit Sedisse scribitur tantum annis decem & septem licet ab eius ingressu ad exitum viginti septem intercedant

An M ccc Lxxi

Iohannes de Lune gallus Episcopus prius Argentinensis electus moguntinus presul Anno a mundo renato M ccc lxxj Fuit is homo dulcis, mansuetus, blandus, et simplex et corpore formoso sed lurco

gule ebrietatiq; deditus. Cui nihil tam assiduu tamq;
preciosu erat, quam delicatis epulis viniq; potitionibus
vacare. Nec enim mane unq; facile responsa dabat nisi
gentaculo prius sumpto. imo nisi gallinam ante elixa
devorasset, permittebat maiorem administrationem
et regiminis partem suis prefectis et ab officiis. Ra-
rum enim est, quod ab homine nunq; sobrio postu-
landa sit prudentia, Quod nisi magnatum et anti-
stitum officiales et consiliarii deum timeant, avariti-
am oderint ac munera spreverint, Ius leditur. Resp:
pereunt, imo regna labant. Utinam pontifices nostri
ceteriq; optimates ab Alexandro imperatore cla-
rissimo exemplar acciperent. qui turinum mune-
ra recipientem ad palum alligatum fumo necari
iussit. precone clamante fumo punitur qui
fumum vendidit. Gaudeo ego hunc Ioannem
gallum fuisse, non germanum, ne solis germanis
temulentia ab aliis inuri ac impingi possit. Adeo
siquidem gallus iste ventri et gule mancipatus fuisse
scribitur ut vulgo capi vorax appellaretur theuto:
lingua Cappenesser. fuit is idem sanguine iunctus

Carolo IIII Roma: imperatori veneno suffocatus, obyt in alta villa, cum duos episcopatus annos expleuisset.

Anno M. ccc. LXXiiij

Scisma auctore papa

T. Gresemundus T. Zebel

Adolphus . comes de nassouw Gerlaci predicti ex fratre nepos, episcopatus dominium adipiscitur Anno post Cristum hominem M. ccc. LXXiiij contra quem sedes Moguntini presulatus Marchioni Ludouico de Misna (qui prius Babenbergensium Episcopus fuerat) a papa demandata est, hic posthabito et resignato Babenburgensium episcopatu, octo fere annos contra adolphum Curie Roma: iudicys pugnauit tandemq, cum nihil proficere posset, viuus in quadam chorea igni consumptus est. Huius Adolphi temporibus Anno redemptionis nostre, millesimo trecentesimo octogesimo tertio quidam Schelkropf tantum nefas admisit, quantum uix retro seculis auditum est. quod Theodericus Gresmundus eleganti carmine memorie prodidit cum Epithomate uite sue impresso et a me Theoderico Zebelo dedicato, huc ne dicar iterum inuehere

Afferam Enee uerba de constantinopoli Anno diuine misericordie millesimo Quadringentesimo secundo a Turcis expugnata, pudet dicere Cristianorum dedecus: dicam tñ et posteritati tradere non uerebor quando persuasum mihi est, futuros aliquando (et fortasse antequam moriar) qui tantam saluatori nostro illatam ignominiam ulciscantur Simulachrum Crucifixi quem colimus, et uerum deum esse fatemur turbis et tympanis preeuntibus raptum ex urbe. hostes adtentoria deferunt sputo lutoq; fedant et ad nostre religionis irrisionem iterum cruci affigunt, ex in pileo (quem sartulum uocant) capiti eius imposito corona undiq; facta hic est (inquiunt) Cristianorum deus. tum lapides lutumq; iactantes, miris dehonestant modis. Sed nihil hec obsunt deo nostro celum tenenti Nec maiestatem eius quoquo modo imminuere possunt cuius ea gloria ea sublimitas est, ea beatitudinis perfectio ut nec laudibus humanis extolli, nec humiliari intuperiis ullis possit. nos ista ledunt atq; confundunt qui per ignauiam atq; desidiã

Constantinopol. capta An. M cccc Lij.

Eneas inuehit in principes cristianos.

dum ueri dei cultum perire sinimus, et in hoc secu-
lo bonum nomen, et in altero spem salutis amittimus
et post pauca surde opulentum aures euangelio. nec
diuinus sermo principibus auditus. Contenti presenti
rerum statu potentes futurum Christi regnum. non
nisi morientes inquirunt credula paupertas facile
predicatoribus obedit Supra xl. milia signum crucis
accepere, Vtinam sicut de Schelkropff supplicium
sumptum. ita de perfidis Machometistis christum
Dei filium negantibus atq; subsannantibus quandoq;
sumeretur aut saltem Constantinopolis ad Cristi
religionem a manibus illorum erepta tandem redu-
ceretur Sedit annis XVI

Conradus II De monte vmorum vulgo wmsburg natione suenus Ecclesie Metropolitane Canonicus Anno seculi innouati Millesimo trecentesimo nonagesimo preficitur.

Anno M. ccc. xc. Trit: 1395.

Gubernacula sedis tenuit Annis Septem.

Johannes II Comes de Nassouw Adolphi prediti frater Archiepiscopatum suscipit Anno plenitudinis temporis millesimo Tricentesimo nonagesimo sexto. Is magna fuit preditus prudentia licet populares ipsum astutum et callidum appellarent. Illum fuisse crediderim qui tam grandem eris sumam clero et populo imponendam ad exterosque transmittendam prestare reperit. Post cuius obitum auctio irruperit uti in replicis contra Eneam Syluium pragmatice impugnatorem aliquantulum commemoraui.

Anno M. ccc. xcvi.

Presedit annis viginti tres

Teste Tritemio per Simoniam inuasit Sedem. Gotfridus quippe Comes de Liningen fuit electus vir bonus & probus. Contra quem ille Joannes archiepiscopus a Bonifacio. IX. pro. 70. Ducatorum millia. obtinuit Gotfrido repulso contra voluntatem Capituli.

Anno M. cccc. xix.

Conradus III Comes Rheni intrat Archiepiscopatum Anno Cristiane pietatis Millesimo quadringentesimo decimo nono, is auctoritate Sigismundi Imperatoris concordiam fecit inter Clerum et Senatum

De concordia Spirensi

Nemetensem. In qua si nodus inciderit rursum Archiepiscopus Maguntinus ad dilucidationem est interpellandus. Postquam quattuordecim annis ecclesie feliciter prefuit Maguntine, res humanas deseruit, in alta uilla. Forsitan et ipse quoque leges sanxit prouinciales ut supra memini. presedit annis xiiij.

Anno M. cccc. xxxiiij.

Dietherus al' Theoderitus pincerna de Erbach sufficitur Anno mundi reconciliati Millesimo quadringentesimo xxxiiij nonas Iulij Qui et ipse quoque ad Ecclesie decus Clerique salutem Constitutiones edidit, Largus Liberalisque fuit et magnificus. cuius Aulam equites quique sibi cibos et equis pabula recipientes frequentabant. Vnde magnam sibi cunctorum beniuolentiam peperit, et nobilissimam ecclesiam in optatissima pace, qua nihil

dulcius

dulcius, nihil rebus publicis et Agricolis salubrius, nihil negotiationi accomodatius) fortunatissime gubernauit. Fratrem habuit Othonem. virum morosum et aliquantisper facetum: cui (licet persepe postulanti) nihil unquam de bonis aut rebus Archiepiscopatus prestare uolebat. Longe dissimilis Ioanni pape quinto decimo, qui diuina humanaque omnia cognatis et affinibus suis elargiebatur. Neque Bonifacium nonum Dietherus noster secutus est. qui Ioannis moribus suos adiuuando cum ecclesie pernicie accessit. Sicut in vtriusque uita Platina grauiter inuehens recenset. Consueuerat Otho ille Dietheri frater quottidianis interesse merendis, et daresimbolum ne gutta quidem uini degustata, admirantibus conuiuis, cur nam pecuniam daret cum non biberet Respondit Salubrius in alieno quam meo stomacho vina dissoluo, Arbitratus decoctione stomachi intercepta morbos oriri. Non sunt conformes huic Othoni, plerique nostratium Comitum & nobilium, Bonosio imperatore temulentiores. qui ab Aureliano non ut uiueret natus, sed ut biberet dicebatur, quique a Probo superatus, cum uitam laqueo finiuisset. Id demum honoris

Platina

De abusu adbibitionis

+ est

sua bibacitate assecutus ut Amphora pendens uulgo nuncuparetur. & profecto non inscite Cum homo vinosus nihil virtutis, nihil sapientie, sed tantum (quod cum Amphora commune habet) hesternum phalernum & Crapulam redoleat, atque uel abiectissimis bestijs turpior. In quevis vitia sit proclivissimus, hinc enim virgines corrumpuntur. Matrimonij fides violatur. viduarumque celibatus cessat. atque (quod omnium consensu iuditioque nephandissimum habetur) homines trucidantur. Deusque summus & maximus negligitur, posthabetur, et blasphematur, vna cum toto celitum exercitu, Quirini precipue et valentini. Quid quod ex hoc ebrietatis abominando et execrabili vitio, ipsis quoque potatoribus nihil preter pallorem, genas pendulas, oculorum ulcera, tremulas manus, alitus fetorem lucri est. Adde quod hac peste longe pestilentissima, fama simul ac opes labefactantur, mens animus sensusque omnes contutiuntur, mutantur perturbanturque. Eant nunc arbitrum hij, qui uulgo nobiles dicuntur, qui cum alijs sua nobilitate bona uirtutum exempla preferre debebant, se vini ingurgitationibus tam deuouent, imo alios, cum ipsi ad vomitum usque

oppleti

oppleti sint, uerbis imo minis vi & uerberibus ut bibant
compellunt. Hi uiderint an sint nobiles (imo si sint hom-
nes quidem) Cum nobilitas ex sola uirtute comparetur.
Ad quas sordes redacta est prysca et antiqua nobilitas
Germanica? ad quam labeculam dimersa est alta comitu
generositas? ignorant profecto splendorem proprium ex-
cellentiam et dignitatem. Comites olim ab imperatoribus
deligebantur, e toto exercitu, qui maiori prudentia et con-
silio prediti fuere, viri constantes, et graues, quos ad la-
tera sua, semper proximos et coniunctissimos atq indi-
uiduos habere uolebant. ideoq et comites appellati, et
a maturitate morum prestantiaq uirtutum, graues
dicti sunt, Vnde et theutonicum deriuatum est, per
quintam uocalem non per primam liquidam uernacu-
la lingua scribendum. Scripserat ad me Georgius Gem-
miger quondam, de nonnullis germanie proceribus, deq
eorum insolentia, tirannide et rapina, uaticinans, nisi
alios (ut eius utar uerbis) sotulares induerent, eos tan-
dem uel leuibus gallis, uel Alpicolis illis syluestribus sub-
ruendos. Sed et doctissimus omnium quos vnquam
vidi aut visurus sum Erasmus Roterodamus conturica

Comitu origo

Graue

Georg Gemniger

Roterodamus

primam Chiliadis quarte de hoc genere profusius sum
ma cum diligentia et inexpugnabili veritate elucubra
uit. Huiuscemodi non ad eorum infamiam sed ad com
monefactionem ut sibi prospitiant, sueque glorie ratio
nem habeant annotaui, glorie vero et nobilitati sue
sese consulere dum spreta principum et clarissimorum
antistitum publica fide peregrinos et negotiatores
obruunt et spoliant, quis nisi mentis inops affirma
uerit. si quid umquam splendoris aut nobilitatis in eis
fuisset id omne prorsus obscurantes et funditus ener
uantes. Sedit Dietherus xxiiii vitaque functus est
in Aschaffenburgo Anno Clementie diuine millesimo
quadringentesimo quinquagesimo nono de maio. Post mense
cuius miserandum et perniciosum obitum clamidem
Diui Martini vidimus dirumpi atque conscindi.

DIETHERVS II ex Comitibus Arcis ferree vulgo Ysenburg electus est Anno Cristi millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono/ Decima octaua Mensis Junij, Facta Canonicorum in Arbitros qui eligerent compositione/ At paulo post anno secundo deycitur, cuius Sanctitas ipsum per Simoniacam labem electum asseruit, vno septem arbitrorum grandi ere corrupto, quod ad Mantuanum concilium non modo non uenerit sed et sedi maledixerit et contra latrarit, quod legatum calumniatus sit/ et ob non solutam pecuniam sedi debitam excomunicatus/ a mantuano ad futurum concilium appellarit, quod irregularitatem (uti uocant) inciderit, periurium incurrerit, conuentum Imperij inuito imperatore (cuius vasallus sit) nondum ab eo inuestitus Francofurdie fieri curarit. Eundemque pius violentie Tirannidis et seuitie accusauit, quamuis (cum nomina pij Dietherum (quantum ex quottidiano dimidij mensis conuictu discerni potuit) simplicem pium Rectum frugalem reipub et germanice nationis assertorem fuisse credam, nam et vir doctus et integer. Exc

Pius papa II in bulla sua contra Diether

sulis cuiusdam ad innocentium octauum Papam
orator (deo teste) mihi retulit, sese a Francisco Car-
dinali Senensi ad conuiuium fuisse uocatum, cumque
inter prandendum Archiepiscopatus Maguntini men-
tio incidisset, Franciscum (qui postea pius tertius
fuit) dixisse. se ex auunculo suo Pio secundo sepe
audiuisse. quomodo sacerdotis cuiusdam phorcen-
sis persuasionibus (qui Adolpho fauebat) lactatus
circumuentusque fuisset, qui ei constanter inculcarat
Si Dietherus in Archiepiscopatu maguntino persisteret
maximam Friderici tertij (qui tamen sacerdotum
osor non fuit) in Clerum maguntinum iram et indig-
nationem, totiusque Germanie grauem ruinam orituram
et Georgius gerniger preppositus vrielis Archi-
episcopi Maguntini frater (deum testor) hec ad me
scripsit, Pius semper doluit et nunquam sine fletu
ingemuit. quod destruxisset tam insignem ecclesiam
et si uixisset omni ingenio elaborasset pro eius re-
stitutione, georgij manus apud me extat. quid
unquam perniciosius venenata eius lingua qui
odium inextinguibile contra quempiam in pectore

Fridericus III

Geor. Gerniger

gestat! sicut et cuiusdam versificatoris clamosi (contra cuius turpissima scripta scolasticam pro virili theologiam defendere conatus sum) linguam et os impiorum maledicam prosam. mordaces et falso infamantes versiculos mihi vel post mortem formidare necesse est. At ego conquiescam et me ipsum consolabor in eo qui dixit, mihi vindictam et ego retribuam. Ad Dietherum redeo is cum trecentis equitibus Friderico palatino (cui antea bellum indixerat) contra tres illustres heroes ab eo captos in auxilium properauit. De quo Friderico Joannes dalbuergius vangionum antistes et Philippi comitis Rheni palatini ad Innocentium octauum Summum Pontificem orator in fine sermonis sui admonitorii hec adiecit. Primus germaniam post Augustum Cesarem purgare latrociniis est adorsus, nec mentitus est. fouebat enim Fridericus plurimos semper equites, quos Ciconias aut Capros uocabant (ame persepe visos) qui siluas montes, valles, rubeta, saltus, stratasque publicas emire lustrarent viatoribusque a latrocinio tutas (quod prouintie presidis munus est) redderent. Fuere quondam equa iustitia

Jo. Dalb. eps Vangion.

Laus Friderici Palatini

Carolus burgūdie
Eberard Virtenb Dux

Hagenbach

prediti Carolus Burgundie Dux Maximiliani Cesaris socer A quodam petro clero et ciuium emulo perperam seductus, & Eberhardus wirtenbergie dux, sapientie cultor et doctorum amator, Vtinam huius quoq; etatis optimates horum trium clarissimorum iustissimorumq; principum similes esse studerent.

Heidelb

Pius II

ADOLPHUS de Nassouw Heidelbergensis Gymnasy ciuis summum quoq; magistratum gessit, Decretorum Licentiatus, Post q̄ Dietherum Pius secundus sede de

pulit (ut Platine verbis utar) Maguntiam divis non so-
lum apostolicis sed a Cesareis execratam atque devinctam
vi Kalend: novembris nocte intempesta Anni millesimi
quadringentesimi Sexagesimi secundi excubitorum in-
curia et desidia, bulla et fulmine pontificio fretus non
absque incendio et plurimorum pro patria pugnantium stra-
ge vi cepit et expugnauit. Nec deerant Rinkauienses po-
puli quos ut opem ferrent Adolpho ad possessionem urbis
et ecclesie pontificalis nanciscendam, Dominus prepositus
Gabriel Biel acutissimus theologus sermonibus suis in
divino pontificioque iure fundatis concitauerat persuadens
summo pontifici obediendum esse. et quem sua sanctitas
episcopatu dignum iudicaret. ei adherendum ac uel armis
esse opitulandum Tum bauarus quidam multa argen-
tea et aurea uasa. a clero et ciuibus direpta ad terras
suas duxisse ferebatur. Que postmodum ei non suffecerant
ad resistendum patrueli suo Friderico quo minus non
nullas eius arces et oppida bello caperet et expugnaret
militibus qui in presidium positi fuerant aqua suffoca-
tis, ne tota terra facta pace sicariis et latronibus reple-
retur, Adolphum illum apud Fridericum Cesarem III

Rinckawen

Gabriel biel

Ludouicus Niger

Adolphus De Nassau

Argentoraci uidi anno salutis Millesimo .cccc. Lxxiij estate torrida et sicca verumtamen paulo post tris circiter annos mortuum heidelberge intellexi et in Erbachio sepultum. Si certo prescivisset adolphus tam brevi tempore principatum suum esse duraturum (quamuis omnis potentatus brevis) forsitan Diotheri pontificatum non interpolasset. Propitius sit ei dominus, idquod paucis post expugnatam Maguntiam annis hospita in cuius diversorium vespori declinaveram (cum inter cenandum de vi de incendio. de Strage, de ruina vrbis mentio incidisset) eius anime humaniter et benigne imprecabatur. vidi iterum in Erbachio saxo iuxta summam Aram imaginem eius expressissime incisam.

Dietherus Adolpho vita functo, multis gaudentibus denuo eligitur, a Syxto Quarto confirmatus. Mox ad Reipub: salutem Diethero in Maguncia-co Gymnasium erigere cogitanti, quorundam consilia aduersabantur, qui contendebant. non esse operepretium Achademias vniuersales multiplicari. Primum quod scolastici in gymnasiis superbi essēt ac neminem venerarentur: deinde: quod hereses a doctis essent exorte. postremo. quod scolastici feruidi forent & effrenes, posse per eos in Maguncia tumultum aut seditionem facile suscitari. tria hæc seriatim confutasse se dixit Dietherus me presente et auscultante, primum scolasticos de suo patrimonio viuere. sperni nolle, honorem sibi impendentibus vicem referre, deinde hereses si qui olim docti disseminarunt, supplicium de eis sumptum esse postremo si vnquam (quod absit) orta fuerit seditio, sese sperare, suas et ecclesie partes, scolasticorum turbam esse secuturam, itaque gymnasium ad Reipub: salutem instituit. et profecto Gymnasia rebuspub: vtilia Fridericus camerarius Dalburgius miles, apud me quondam asseuerans, miror inquit, vulgi, in

Tres loci contra fundandam vniuersitatem.

Confutatio triu Locorum.

Fridericus de Dalburg miles

Vniuersitates. Rebuspublicis vtiles.

scolasticos odium ei tamen profuturos, quippe si quan-
do fama oritur quinquaginta aut sexaginta equites
in vrbe quapiam pernoctaturos, omnes ferme ciues
(presertim artifices et caupones) spe questus certa-
tim gaudere et se suaq; apparare et in ciuita-
tibus gymnasiorum non sexaginta sed sexingentos
aut plures quandoq; scolasticos non vna noctu sed
toto æuo sumptus facere immensos, in magnam
popularium et reipublicę vtilitatem ¶ Arcem diui
Martini Dietherus exstruxit, mussitantibus emulis
munera curiosę plebeculę quam prestigia quędam
fallebant Nicolai demum peregre visitantis, ad tam
preclarum edificium opem tulisse, quod paulo post
igni consumptum, ab ipso statim instauratum est ¶ Die-
therus adhuc memor (quod his auribus audiui)
obiectorum Pii Secundi, tanq; summam sedem fri-
gide coleret Ioannem de wesalia Theologum, quod
de sacrosancta quoq; sede apostolica impure sentiret in-
quiri et examinari curauit, accersitis ad id pre-
dicatoribus quibusdam Agrippinis: e quibus inqui-
sitor, Ioannem veteranum: valetudinarium, ob-

Niclaus Huser

Ioannes de wesa-
lia.

luiiesum: scipione fultum. in subselliis suum, seuere et feruide interrogabat: pleraq vero Ioannes dixisse se inficias ibat: quędam facecię caussa inter ecclesia-sticos recensuisse se fatebatur. nonnulla tamen as-seuerabat, de aliquibus autem reuerendi patres, Tho-mę sectatores obstupescebant, quorum aliqua iuri tan-tum humano innixa, ingeniosi Theologi neoterici forsitan hodie tutari molirentur, presertim cum hac etate, non solus Aquinas, sed et Io: Scotus, diuus Mar-silius, Jo: Gerson: et Gabriel, ceteriq excellentissimi in pre-cio habeantur, et si Ioannes Wesalia. forsitan Romanis non omnia tribuendo, vacillasset. haud ab re sese im-pulsum, ad quendam optimum virum mihi familiarissi-mum, dudum ingenue fatebatur, conquestionem ex maxima commiseratione, cumq animi dolore faciens, quod ephebi, et barbari, pro suo qualicumq ministerio, adultis doctissimisq ac toti ecclesię vtilissimis viris (qui multo ingenii labore patrimonium in gymnasiis profudissent) in quarumlibet prebendarum ecclesiarumq assecutione longe maiorem apud exteros fortunam ex-perirentur, Nec tamen iudicium illud, tanq inimstrum

Scotus. Marsilius Gerson. Gabriel.

Reuccatio cuius-
dam fratris Au-
gustiniani, Anno
M.CCCCV.

neq; Heinricum de Elten inquisitorem carpsisse velim/
sed et Diotheri maturum in sacrosanctam Romanā
ecclesiam Zelum apprime laudo: sicut et admodum
laudandus est Rhabanus Spirensis quondam Episcopus,
qui anno Saluatoris Quinto post Millesimum et quadri
gentesimum Vndecima Februarii die, in Aula sua oppi-
di Heidelbergensis. Fratrem Wernherum de Friburgo
Augustinianum ad articulorum octo (quos in Landoia
predicarat) palynodiam coegit, Quorum septimus e-
rat, Anthicristum Ex monacho et monacha seu non-
na apostatis nasciturum. Ad multa priuilegiatos esse
obnoxios, Angeli summa elucidat/ que si nonnulli ip-
sorum negligant: viderint, ne christianam charitatem:
ne sacros canones: ne nature legem conculcantes
a perfectionis adquirende limitibus defecisse vider-
antur. Dietherus deinde iam senio fessus, futuris
ecclesie calamitatibus, occurrere sperans, Albertum
Ernesti Saxonie Ducis et Principis electoris filium:
Fridericiq; moderni Fratrem, Auctoritate Pontificia,
in administratorem assumpsit, quo magis potentatu
Saxonum (quorum maiores et ecclesie et imperio

profuerunt) Tyrannis ecclesiarum hostibus sese pre-
mortuo obsisteretur | Raro enim Episcopi Germa-
norum, etiam nemini prorsus iniurii, iuriq; sistere
paratissimi | hostibus qui forte decoxerunt, carere
videntur. decerpentibus nonnunquam a sepe (vt Theu-
tones aiunt) litis occasionem / Dixsse tum Sixtum
Papam Quartum, Ioannes Erenbergius Spiren.
Canonicus et custos (qui Romae eo tempore fuit)
mihi retulit. Dissipa domine gentes que bella
volunt. Obiit Dietherus In summo templo Magun-
cinae sepultus Hoc eius Epithaphio in columnam
sepulchro proximam inciso.

Bis praesul factus Comes Isenburg Dietherus
Maguntinam arcem struxerat atque scolam

Anno M CCCC LXXXIII

Ioannes de Erenbergo.

VERSUS.

Albertus I

Albertus I Ernesti ducis electorisque filius, ætate adolescens, annorum circiter XV, Maguntinam ex capituli consensu cepit administrare ecclesiam, Anno redemptionis Millesimo Quadringentesimo octogesimo III, de mense Maio. ¶ Eius pater Ernestus magno comitatu Romam adiit, Sixtumque salutauit, qui ipsum (licet electorem et electoris filium) latinę linguę imperitum audiens, maximopere admirabatur. ¶ Alberti frater superest Fridericus elector, cui Lupoldum de translatione Imperii per breuem epistolam dedicaui, et per conradum suum concionatorem doctissimum exhibui, quam non solum ore gratias, sed etiam facto, et haud vili munere (vt est humanissimus princeps) compensauit. ¶ Præfuit administrationi innocentissimus Albertus et optimę spei adolescens Anno dumtaxat vno, ex valida Febre hinc raptus. pridie nonas maii anni sequentis. Absit vt veneno, aut spontanea præceptorum incuria, quidam tractatores deo edibiles mussitabant. Sepultus est in summa æde cum Epithafio soluti sermonis in columnam per girum inciso.

Anno M CCCC LXXXIII

Fridericus saxonię dux.

Ro I.

Berchtholdus Hennenbergen. Decanus ecclesię Maguntinę vigilantissimus, ac sedulus in funden=dis ad Deum precibus (vt ea familia solet) con=cordi et vnanimi omnium suffragio eligitur in mense maio Anni Virginis parientis Millesimo qua=dringentesimo octogesimo quarto: licet Philippus et Georgius Bauarię duces pro Ioanne Othonis et Alberti, Argentinen. Episcopi fratre postulando, plurimum sollicitarent, confirmationeque ab Inno=centio octauo obtenta, a Warmatiensi et Spiren=si episcopis, in multorum Abbatum presentia sum=mo in templo Dominica Letare Maguntię conse=cratur. Suffraganeos seculares et quidem Theo=logos (premortuis monachis) assumpserat, pri=mum hac causa, quod monachi vix cogi possent ad seruandam fidem et pacta. quoniam semper exceptiones per amplissima sua priuilegia et exemptiones in promptu haberent, deinde quod pecunias auidius extorquerent, postremo quod ecclesia cathedralis: collegia. parochię totusque cle=rus secularis: minus sentiret commodi ex the=

Anno M CCCC LXXXIIII.

Suffraganei se=culares tollera=biliores.

I

II

III

et auris quantumlibet magnis, quos monachi colle-
gissent. at semper suis et personis et locis afficie-
rentur, aut interdum totus ordo se intromitteret
si testamenta non precessissent. Quam prudenter
quam sancte fecit Bertoldus: ne (vt addam quar-
IIII tam causam) prestaret monachis seu fratribus oc-
casionem et ansam apostotandi. Subtilissima enim via
est ad apostasiam (vt quidam ait) suffraganeatus.

Patientia Bertholdi.

Hic dum superstite Diethero, Rome ante aedes Rode-
rici Borgie, vicecancellarii, multis horis sedisset
cupiens ad eius faciem admitti: visus a quodam
(ex quo audiui) Qui saepe interim pretererat,
tam patiens more esse, tandem ille animo sumpto:
suaque clementia fretus, ab eo sciscitabatur: si non
taederet ipsum tantisper istic prestolari: mox re-
spondit: satius hic quam Maguntie in carceribus
quiesco. Nanque haud bene consenserat Dietherus
cum Bertholdo, quem ab officio censoris morum
(quod sub Alberto gerebat) dum demum electus in
aram iam primum locatus esset, ac in ea ad-
huc sub Ambrosii et Augustini Hymno de more

sederet, per Michaelem heymum fisci procura-
torem intermontium, exauctorauit, et muneri in
spiritualibus vicarii mox cedere iussit. Michael
Diethero morem gerens, postea Bertholdo electo,
non parum attonitus, ab eo prgteriti istius nuncii
a se facti veniam postulauit: At Bertholdus
(Vt erat magnanimus et iniuriarum tolerantis-
simus) gratiam beniuole pollicetur hisce ver-
bis. Bene seruiuisti Michael Diethero: et mihi
quoq; seruias fideliter: obsequium tuum mihi
pergratum erit et acceptum. Rodericus ille
cathalanus, qui tam nobilem et illustrem germa-
num vti mancipium aut sclauum prae se spre-
uerat: Alexander postea sextus pontifex desig-
natus est, in quem vita sanctum Ioannes
Franciscus Suttinus, coram Iulio II. acerbiorem
crudelioremq; inuectiuam habuit, q; cicero in
Marcum Anthonium in philippicis vnq; inuexit.
Alexandrum enim, pestilentissimum totius orbis ter-
rarum monstrum: immanissimam et saguinis
sitientissimam beluam. rapacissimumq; lupum

Vicecancellarius postea Alex. VI

Jo. fran. Sutti nus

A
Pinguia ad monasterium.

Nouum tormenti genus in sacerdotes &c.

Drachen Kallen } Velß

cum aliis atrocissimis et terribilissimis vitiis appellauit. Bertholdus a quibusdam externis pręfectis et castellanis, qui clerum Maguntinum oderant, multas iniurias contumelias iacturas, ędificiorum quorundam suorum demolitiones: emporii hebdomodalis transmutationem pacientissime tulit: tandem sueuorum ligam amplexus est: quo ab insidiis ecclesia sua tuta maneret: Tametsi osores eius nouum tormenti genus, quo nec Phalaris neque Dionisius, neque Nero vnquam vsus est, repperissent, quo sui archiepiscopatus sacerdotum pudenda (sit honor auribus) seris mextricabilibus (quarum duas manibus tenui) comprimerent: sicque ad Draconis aut frigidam rupem eos properare compellerent. In hanc truculentam ac immanem sęuitiam, qua duo sacerdotes extincti sunt, orationem tunc ad Alexandrum sextum vehementer exoratus scripsi, cuius caput est, si vnquam Beatissime pater, eumque pręterea illi magnatum ministri, tallias inde

bitas oneraq; grauia in sacerdotum agros et
predia, contra leges sacratissimas imposuissent,
de ea quoq; indigna re conquestionem fieri. que
inchoat (credi ne potest? Aequali pacientia fuit
nobile Maguntinum capitulum: modeste ferens.
omnes Cereris et Bachi decimas, emi conduci
aut abduci prohibitas, celi tempestatibus mar-
cescere. putrefieri ac prorsus interire. Tanta
ne vel ira vel inuidentia serpere potest in
animos mortalium. et quidem eorum. qui
de nobilitate quadam (nescio qua) gloriantur,
Credunt ne isti, Deum iustum iudicem? futu-
rumq; aliquando tantorum flagitiorum vin-
dicem et vltorem? forsitam Salamandrae si-
miles sunt, vt flammas atq; ignes non me-
tuant sempiternos. Itaq; Bertoldus saepe iniu-
riis lacessitus, nec vindicte cupidus, nec ma-
lo resistens: (iuxta ROTERODAMI chiliade
quarta saluberrimum christianissimumque
consilium) abellis temperauit, Rudolpho Sche-
renbergio Herbipolensi antistiti haud dissi-

predia

ROTERODAMVS

Rudolphus
eps Herbipoln

Guilhelmus Ar-gentinensis episcopus.

milis. In cuius perpetuam laudem hec ver-ba insculpta sunt vulgo notissima / Pacis tam studiosus fuit. vt eam sepius vel pecunia et nequissimis conditionibus impetraret. ¶ Admirandam hanc Bertholdi pacientiam et magnanimitatem (in qua vix Cesare Augusto fuit inferior) nepotem eius Guilhelmum Pium Argentinensi-um Antistitem, ex diuturno conuictu assecutum reor / O quam referet, bone vite exempla an-te oculos cerni / et a maioribus adhibito bono-rum et innocentium consortio, ad honestum, ad virtutes. ad religionem induci. ac fide-liter educari. Pacem Bertholdus amauit. Pa-cis amore magnas et multas iniurias su-stinuit / Sciebat enim quod vel Tullio teste / pacis nomen dulce / quodque pax cunctis pla-cida esset. Pax inquit: que plebis est sanitas. sacerdotum gloria, et patrie letitia. Pax quam Christus nascens attulit. moriens re-liquit. Pax quam in omni are sacrificio petimus / pax quam Christus voluit discipulos

Cicero in philipp:

Commoda pacis

aliis exoptare. Hec christi verba sunt; intrantes do-
mum salutate eam; dicentes. Pax huic domui; id
quod franciscani modesti et frugales ac regule se-
ctatores hodie obseruant. Noster itidem Guilhelmus
pacem nedum amat, sed et vbi vbi potest, pacem
fouet, pacem parit, discordias aufert. Superio-
ri anno perniciosissimum Martis impetum de me-
dio sustulit. gentis cuiuspiam furorem compes-
cuit: Inter quam. et proceres quosdam, suo in-
genio. consilio. eloquentia concordiam adinuenit,
persuasit, effecit, et iam iam fere currentem ra-
biem sopiuit atque extinxit, Sancti Leonis pa-
pe vestigiis innixus, qui crudelissimum Atthilam
dum Italiam demolitetur, adoriri ausus, ceptam
crudelitatem intermittere compulit et persuasit.
Et profecto, nisi Guilhelmus tanta laborum constan-
tia, id egisset, pertimescendum est, ne insontes at-
que innocentissimi, qui in nullo prorsus deliquis-
sent, grauissimis et iniustissimis penis fuissent af-
fecti; cum forte is qui reus aut iniurie auctor ex-
istimatus est, omnino liber et immunis euasisset.

Mt x

Mos minorum Reformatorum

Leo papa sanctus

Baden

Martinus papa V. Platina

Suitenses, Suntgauia.

Damna ex bellis orientia.

set. nisi inquam Guilhelmus furori gladijs. lanceis. ignibus. obstitisset; o quanta lamenta quot lachrime; o quanta incendia. quot ruine. o quot strages; o quanta impietas. quanta christiani sanguinis effusio. quanta sacrilegia. quot latrocinia. quot furta. quot prede. quam miseranda pauperum et innocentissimorum agricolarum liberorumque ad mendicitatem redactorum calamitas, solo biduo. absque omni repugnantia. (quis enim tanto furori resistere posset) secuta fuissent. discidia quoque intestina. inter coniunctissimos; addo inter illustrem genitorem et filios; atque inter ipsos fratres. Guilhelmus pro sua maxima circumspicientia dirimere. discordiam supprimere. unitatemque et concordiam inter eos uisus est instaurare. Ne consimili patis amore; Martinum quintum Platina laudat; quod sua etate licebat frui otio. et libere per sylvas; noctu etiam atque tuto commeare. nullos latrones, nullos sicarios (quos martinus persequebatur) tum extitisse. Hoc quoque

Baden

Martinus papa V. Platina.

magnum iusticię argumentum in Bertoldo cla-
ruit, quod dum discidium inter clerum et Se-
natum Nemetensem, vixissetque ex veteri Caesareo
edicto. consentientibus, sopire niteretur, Essetque
inter ceteras viginti, ecclesiasticorum contra
senatum querelas, perplexior nodus, de familia
cleri, foro ciuili nequaquam subiicienda (Quan-
dam enim sacerdotis famulam senatus aquis
immerserat) Tum iuste ac prudenter, legiti-
mum ac diuinum de honesta et inhonesta fa-
milia discrimen Bertholdus in medium attulit,
prętendens, sub familia cleri. quę libertate
gauderet ecclesiastica, concubinas et scorta
minime contineri, Clatrabat in suggestu Car-
melita quidam (cui nomen Anthonio) ab
octo lustris mihi quam notissimus: contra vi-
gilem Curatum francofurtensem: ac vel bile
vel odio suffusus. horrendam plebis seditio-
nem, in suum ferme pastorem concitasset.
Bertholdus Anthonium longiusculo sermone

Iusticia Bertoldi

Concubine non gaudent liber-
tate ecclesiasti-
ca.

Io: Henslin

latino seueriter obiurgans. in officio vix tan-
dem continuit. Fuerat Anthonius ille quan-
doq; sui ordinis desertor. puerulus forte il-
lectus. sicuti plerique lamentantur, se ad-
huc puerulos, tum minis parentum. tum
blandiciis claustralium ad laxe vite claustra
lacessitos, Quorum nonnullis hac tempesta-
te Leo Pontifex Maximus Optimus, haud ab re
et vestem et seruitutem ademit. quibus ni-
hil spei munera publica consequendi fu-
erat, vt tandem reuerendi quoq; Patres ap-
pellarentur et essent, Audiens olim Ber-
tholdus (me presente) duum pagorum po-
pulos, de quibus nescio terminis aut rebus,
cum insolentia et clamoribus, longo tempo-
ris interuallo coram sua Reuerendissima
paternitate disceptantes: non eos succensens,
e uestigio compescuit: sed more pacientissi-
mus: cum summa mansuetudine omnem
bilem eos euomere passus. paterna beni-
gnissimaq; admonitione, ad pacem reducere

Anthonius Carmelita

Leo decimus.

componereq; nitebatur: vt enim qui equos domant
primum blandiuntur, ac mollissime tractant, vt
assuescant freno. sic populus subeundus. Mul-
to autem maiore modestia, usus erat paulo an-
te apud Vangiones, in exordio iuditii Camera-
rii, a sacrosancto Romano Imperio pruden-
ter instituti, ad quod Senatus cuiusdam oppi-
di, quod a Cæsare defecit, iniuriis cuidam ci-
uium illatæ accusatus, venire contempserat:
tum vniuersus ille populus (cui nullus lu-
dus videtur esse iucundior, quam cru-
or, quam cedes, quam trucidatio christi
sanguine redemptorum) ad Bertholdum ac
cæteros Imperii principes, arrogantissimas ac
furoris minarumq; plenas literas dedit,
veluti superos et acheronta inuocaturus, vt
cæsari in ius vocanti resisteret. Ad eas
literas (a me lectas) Bertholdus sacrosancti
Romani imperii nomine, sapientissime mo-
destissimeq; respondet: Hoc est sacrosanctum
Romanum Imperium profiteri: atq; viros

Comparatio Roterodami

Suiten.

Basilien.

exemptos, ad seruitutem, et ecclesiæ populum ad Martem vrgere: Hoc est ecclesiam defendere: Hoc est (iuxta nouum Iulii II titulum) ecclesiasticæ libertatis esse propugnatorem. ¶ Bertholdus quoque monasteriis ad quæ cum aulicis suis quandoque inter vias diuertebat, oneri non fuit, sumptus compensans: ne satellites. Venatores, equi aut canes, quæ pauperum. quæ plebanorum pondus diei et estus in rure portantium sunt, deglutirent. quod Diuum quoque Bernardum haud dissimulasse crediderim: veruntamen tam profusas opes amplissimas possessiones, pagos, et arces ei non fuisse, primo super cantica sermone ad calcem meminit inquiens. Preteriit hora, qua nos exire vrget, ad opera manuum, et paupertas, et institutio regularis. ¶ Caput Annæ christi ab æde diui Stephani furtim ablatum, et alio quo credulum vulgus ~~cer~~certatim confluebat deductum, fulminibus apostolicis (nescio si efficacibus) reductum

Iulius II

S. Bernard:

De capite S. Annæ

rei magnopere Bertholdus satagebat. ¶ Una vero in re proceres lesit: quod muneribus publicis et prophanis: sacerdotes Christo militantes prefecit. constituens eos cellarios, cam nem; pe nobilium ego ipse audiui querelam, qui se arbitrabantur in prefectos non primus digne assumi potuisse aut castellanos. ¶ Ut ad alia interim veniamus, nullo silencio pretereunda, singu; lari pietate motus Bertholdus. cenobium non sine opera et impensis in littore Rhe; ni prope Cartusiam instituit, idque in refu; gium huius generis puellarum, que mi; sere corpora sua libidinosissimis virorum consuetudinibus obnoxia, pro fedissimo lu; cro aliquamdiu exposuerunt. unde et tem; plum ad penitentes vocari, ceptum est. Quid age per deum immortalem. Presul ille saga; cissimi judicij atque prudentie conducibilius, laudabiliusque fieri curasset: quam huiusmo; di ouile, quod tandem ouicule ille subirent: que palantes per tot tam corporis quam ani;

Offensa procerum

Cenobium peni; tencium,

mi discrimina vix rapacissimis Stygii lupi
morsibus extorte, sese ipsas rursus: sue liber;
tati restituere, suoque pastori CRISTO lucrifa;
cere decreuerunt: Sed quis tam diuersus a
ratione, qui nostre sententie luce clariori,
suum quoque calculum addere dubitaret.
quocumque enim oculos vltro citroque circum;
fero, tanta illecebrarum turba, vbique se
nobis obuiam prebet, quibus infelicissime ille
puelle succumbunt et intereunt, Quippe cerne;
re est, non nullas sui simplicitate animi,
huic libidinose ruine sese committere, parum
vel nihil pensi habentes, sui ipsius fame, ne;
dum salutis dixerim, Hinc aliarum animus
alioquin constans, petulantium procorum
nunc promissis, modo munusculis, quacunque
fraude, blandiciarum palpis, tot officiorum
exhibitionibus, innumerabilium demum im;
probitate lenociniorum, impetitur, solicita;
tur, pellicitur, corrumpitur, delinitur, Et
tandem (proh nephas) perinde quasi arbore

Puelle quomodo seducantur.

crebris succisa recumbit ictibus, et tocies repetitam passa securim. Qualibus puellis usu venisse legimus immodicis, apud Franciscum petrarcham, Epistola xx, inquit enim Quendam semiculum fuisse, et eum (cum venia) Cardines dignitatis, quem parum erat deformem esse, ni mores forma dignos addidisset, tanto homo ille explende libidinis ardebat affectu, ut cui eum conferre possis vel in Poetarum fabulis, vel historicorum monumentis prorsus non inuenias, nam si ad proculum imperatorem, supra centum et triginta virginum et breui tempore) stupratorem, illum spectabis, dispeream, si non eius quantumcunque horridum. non nihil tolerabis facinus, si quidem erat illi (ut petrarche verbo utar) puellarum auceps, qui usquequaque, domini admodum studiosus, omnium (sed maxime inopia pressorum) domos obsidens, varias variis munerum blandiciis insidias, verecun-

Petrarcha

Proculus

do misellarum virginum? vixq; dum venereo
vsui idonearum, pudori moliebatur, quo
sibi domini fauorem demereri posset, atq;
portentosissimam eius libidinem expleret,
Nemo nescius est, bonam partem puellarum,
parentum modo ignauia, modo incuria.
nunc inopia (indulgentiaue) et nonnunquam se-
uera (plus nimio) educatione atq; terrore,
in huius voraginem mali, precipitem da-
ri, Sed et paupertas, acerrima non segni-
us omnis honesti, ac virginei pudoris expug-
natrix est, atq; ita, vt quum Philippus Agrip-
pinę Colonię Episcopus, Diuo Maximiliano quid-
dam principibus electoribus intolerabile fore
constanter diceret, in hoc fertur (quę est
natiua Cesaris nunquam satis laudati sapientia)
prorupisse responsum. Paupertas meretrix est,
En dignam sententiam, quę in numerum
paręmiarum Herasmi Roterodami, tum max-
ime primarum referatur, Hac quoq; acce-
dit experimenti curiosa anxietas. quidnam

Philippus Archi-
episcopus Colo-
nien.
Maximili: Cęs.

Roterodamus

scilicet mellis (Lapsus sum volebam dice;
re fellis) cupidinę prębeant delicię, quan;
tum enim hec gratię conciliet veneri cum
puellis, non mille verbis absoluere possem,
Adde his consuetudinem conuictus, cum ephębis
atq; viris. Quid enim periculo magis obnoxium,
quam si oleum igni addideris. Sed heus vos
vetulę, quarum opera Pluton viuit, nulla ęque
quales vos estis, exitialis est inuei iactura pu;
doris, Nam vos quas nemo desiderat, quia
iam victę situ, effętę voluptatum, et (vt ita
dicam) Telluris inutile pondus, quę iandudum
omnem dedidicistis honorem, vt ad symposia
et cęnas opiparas vocemini, credulam puel;
larum simplicitatem, perfricata tandem
fronte, in obscęnissimum amandi furorem,
inducitis, ac honore, fide, patria, parenti;
bus, spe connubii, amicorum auxilio, matro;
narum consortio, dei diuerumq; amore,
et deniq; animę salute destituitis. Videor
mihi illis sic vos loquentes. Agedum mi filia

Ad vetulas

vetulę ad puel;
lulas.

pone metum, mihi consiliisq; acquiesce meis, ad optatissimum te locum adducam, ad Principem aut comitem ventura es, indignus est agricola aut obseletus opifex, tuos primos decerpere fructus, magnatum hoc interest, qui te belle vestire, te auro et argento exornare, te dominam facere possunt. Nonne vides, vt concubinę, in precio, in honore, in existimatione sunt, nonne vides? qualiter in omni consortio, in conviviis, in nuptiis, in primis sacerdotum sacrificiis, in choreis, in dedicationibus, in compaternitatibus primatum, ac primos recubitus habent; nonne vides? quomodo eis assurgitur? quomodo nudantur capita? quantum auctoritatis habeant vt pro sacerdotiis, pro officiis, aliisque rebus impetrandis, non absq; munusculis efficaciter intercedant, reliquam familiam regant, assumant, excludant? et ideo clementes appellentur? nonne vides? eas dominari, torques aureas vt militum vxores gerere, nonne vides? eis xenia mitti, aut in manus dari; In otio et

Concubine scandalizant

et deliciis incrassari: nonne vides; domos ipsis edificari, ac omni pulchra supellectile repleri: con; sus annos quo ad vixerint eum: ipsasque ex te; stamento, (aut scedula interserta) heredes insti; tui! nec despera, te olim (si lubet) nuptui col; locandam; sertum nihilominus virgineum interim gerere potes, Ve illi, quisquis sit, qui vel mali ali; quid de te suspicetur, minus vero susurret aut loquatur, inveniemus adolescentulum tibi gratum, quem placido intuitu, blandisque verbis irretire poteris, qui te amabit, in te excandescet, te ut sola potita opinetur, uxorem ducet; te vir; ginem firmiter credet: quem fallere facile erit, novi ego velamen oculis eius obtendere, scio viam, scio per herbas radices balneas medi; cinam, qua ephebi fallantur, ut te virginem putent, nulli unquam ad te aditum patuisse iurent; Tum vetule precibus instant, blan; diciis obruunt, munere vincunt: vincitur pu; ellula: it agna ad lupum: laniatur, flet, ridet, gaudet; meret, violator expleta nouo

hac libidine, aliam appetens, fastidit Hec vero non-
dum expleta rursum bestias ad delicias redit: alte-
rum atque alium admittit: ubi brevi forsitan latitaverit, dein-
de in palam prodit, oculos levat, circumspicit, frontem per-
fricat, paucos qui spem questus faciunt, abdicat, nul-
lus eam in domum inseparabili convictu suscipit vel
uti concubinam, et quia iam lasciva, levis, libidi-
nosa facta est, laborem odiens, otio diuturnoque somno
gaudens, ædes alienas, diversoria, balnea, tabernas,
laxe vite monasteria (precipue in quibus studentes ha-
bitant) pro questu et victu petit, atque expers omnis spei.
quoniam parentes dedecoravit, famam perdidit, se-
xum reiecit, ad suos redire timet, pudorem cum pu-
dicitia perdit: cunctis iam se venalem exponit: pro-
stat, prostituitur, mox omnis miserie pelago immer-
gitur, impudens, dissoluta, improvida, temeraria, in-
famis, pertinax, desperata, hominum deorumque con-
temptrix, tum de ea actum est, ab illa enim infami
et obscenissima turpitudine eripi desperat: neque admodum
curat, et quisnam eam eripiat? et si cogitet resipisce-
re atque eripi, nihil loci interdum ob æs alienum liber-

tati relictum est, Et si adsit libertas exitus, nescit quo-
nam divertat. Nulla spes est coniugii, sensatum enim
et prudentem haud flectet caput illud inter opera ca-
ritatis de sponsalibus et matrimoniis, quoniam prolem op-
tabit, Huiuscemodi autem mulierculę plerumque steriles
manent, Et si qua forsitan fecunda sit, ex tam infami
et spurca matre nollet suscipere liberos, quod si insen-
satus et stolidus eam ducturus est, vix fortunatum
erit coniugium, et adultera futura est; quę simpli-
ci prius fornicatione peccarat, Si forsitan in famili-
am seruitura assumi desyderet, vix inuenias, qui in
ędes et obsequia sua illam sit recepturus, Adagium
enim illud Theutonicum mox in promptu erit, Pica
non deserit saltus, itaque si absque honoris statu senescet,
Anus erit, similis eius, que ipsam primo fefellit, cir-
cumvenit, seduxit, digna, ut sub infula in collum-
bari ad spectaculum statuatur, uti sępe vidimus
a iusto et prudenti senatu Argentoracensi infamem
hanc pęnam, vetulis mediatricibus esse inflictam,

Conclusio

Iuste ergo ac prudenter, pęnitentium domum Ber-
tholdus instituit, ut pauperculis miserabiliter se-

ductis, aliquid vel loci supersit, in quo tandem com-
puncte, penitere, ac pro delictis suis satisfacere pos-
sint; sicuti in vienna Austrie, simile esse Cenobium
audio, et apud Aeneam siluium lego. alterumque vidi
in Colonia Agrippina. Primam et meretricule, christi
ministris (cum quibus perniciosius cadunt) desertis,
tandem compungerentur: vt vtrimque vere penitere
possent, hanc cecitatem exeuntes. qua se falso putant,
contra christi et diui Hieronimi doctrinam de presen-
tibus ad delicias transire posse sempiternas. Ne autem

Hieronymus

Bertholdi pium in vniuersam christianam religionem
affectum preteream, ipse de Pii tertii Germanis affecti
pontificatu, mirum in modum exultans, manu sua

Pius III

teste wolfgango schelevigo capellano (ex quo audiui)
mox quedam annotare cepit, que ad diuini cultus
augmentum, ad ecclesiarum salutem, nobilisque Germa-
nie decorem, sese a beatitudine sua non dubitabat impetra-
turum, potissimum, ne decani et Parochi, a suo
clero et populo semper absentes essent, quo moni-
menta et iura sacerdotiorum pereunt, edificia la-
bant, vt in vrbano VI Platina refert. et ne inter-

Platina

tes stupidi ac stolidi ecclesiis preficerentur, timebat admodum Theologos pro parochiis et concionibus vel etate sua esse defuturos. Vnam vero glorię suę maculam obtrectatores late sparserunt, quę vsque ad libellos famosos (quos vidimus) serpsit, at ex innata magnanimitate, omnia hec leui animo tulit, Vere tamen dixit quidam sapiens, cum omnia magnatibus ex sententia suppetant, eos tamen deesse, qui ipsis errata sua (vt homines non angeli sumus) detegant, sanctamque patefaciant veritatem, Tametsi Diuus Vlricus Augustanus presul Papam, Enea Siluio teste, cuiusdam flagicii reprehenderit. Nescio si hac etate, preceptores timiduli, an confessores blandiusculi sint, siue omnium aulicorum, vnanimis adulatio (quę Principum et ruina et morbus est) vsque adeo preualeat, vt forsitan dicterium inde natum sit, Principum animas apud superos, carnes esse syluestres, quod cum Fridericus Comes Rheni Palatinus, ab histrione quopiam, per facetiam audiret, mox respondit, verum equidem: nisi in cunabulis

S: Vlricus

Dicteriu

Fridericus Co: Rh: Pala:

Alber Geler

moreremur / Non fuit Fridericus vbi senuit / neq civitatum imperii / neq cleri persecutor / quadam etiam vice / assidentibus sibi in mensa / quibusdam proceribus / duobusq presbiteris / mihi notissimis atq familiarissimis / pensiculabat (vt erat circumspectissimus Princeps) qualiter ciborum pregustator, mensisq minister, Albertus Gelerus de Rauenspurga (vbi doctus quidam nuntius / a Monarchia Ioachimi electoris / vsq illuc securus / a duobus latronibus impie trucidatus / dicitur sepultus) lances a manibus Friderici principis dimouens (vt in principum tabulis fit) ad locum procerum / non autem sacerdotum / vicissim transmutaret / tum Fridericus ad Albertum / Presagit mihi animus meus / cleri futurum te quandoq esse inimicum. neq Fridericum verum vatem opinio sua fefellit / is est enim albertus / qui cum aliis / presertim milite quodam / Bertholdum clerumq suum ex sola inuidia pluremis incommodis affecit / Bertholdo cui ex diuturna noticia

(Argentinus enim fuerat Canonicus) iamdiu, dum afficiebar, carmen ineptum de triplici Domine nostre candore inscripseram, qui non solum eximio munere. sed et prebenda gymnasio tamen annexa, liberaliter et ultro me decorauit, quam reuera manibus pedibusque amplexus fuissem, nisi me fideles amici deterruissent, asserentes, illic quoque Thome aquinatis, et Marsilii Germani sectatores, plurimum inter sese dissidere, Ego autem inter discordes et factiosos, vitam agere numquam potui nec volui, semperque stomachatus sum, inter Philosophos, inter Theologos, adeo etiam (cum venia) inter monachos aut fratres, ex diuersis et quandoque sterilibus, scribentium opinionibus, siue propter questum, siue propter inanem gloriolam. contentiones, bella, lites, iurgia et rixas, suscitari, haud secus, quam hac tempestate Heluetii et Lancearii pedites, propter irrationabilem iracundie motum, aut inanem gloriam, aut auaritiam Regum

de discordiis in gymnasiis

Comparatio

De Militia secu larii c II

XIIII Die

mercedem promittentium (vt Bernardus ait) inter sese digladiantur, haud absq strage; qualem nuper in Septembri, hoc anno, apud Mediolanum experti sunt ¶ Moriturus tandem Bertholdus, Canonicos suos conuocat, exhortans, vt de successore bene inter sese conueniant: sacrosancti nempe Rhomani Imperii, totiusq Germanice nationis salutem, ab Archiepiscopatu Maguntino magnopere pendere, Obiit anno mundi illustrati millesimo quingentesimo tertio, vicesima die decembris, eleganti Epithaphio (quod Theodericus Gresmundus oratione soluta scripsit) columne lateris leui choro (ni fallor) proxime inciso;- Presuit ecclesie sue Annos circiter XX.

M CCCCC III

Jacobus, honeste equitum familie, (quam de caro lapide lingua vernacula Liebenstein vocant) Anno benignitatis Diuine, Millesimo quingentesimo quarto, penultima decembris a Julioq II confirmatus, a Thoma Rusco suffraganeo, seculariq Theologo

Bertholdo suf ficitur.

XX Iulii die consecratur, is antea decanatui pre-
fuit, pudicissimusque est creditus, Animi laxandi cau-
sa, nonnunquam alee ludo ferebatur delectari, de quo
Maximilianum Cesarem, in comiciis sacrosancti Ro-
mani Imperii Constantiensibus, plurimum dicebant
admiratum fuisse, quippe quod Iacobus de plurima vir-
tute, singularique modestia, coram sua maiestate fu-
erat commendatus. Seminabant emuli et inuidi
(semper enim glorie comes est inuidia) de Iacobo
Adagium, quod ad quattuor exercicia, minus esset
idoneus: quorum vocabula theutonica, ab R. litera
inchoarent, puta loqui, racionari, consulere et
equitare. Difficilem ei molestumque crediderim
fuisse equitationem, propter dolorem Renum aut
harenam, qua laborabat, que et illi celeriorem
mortem adduxisse credebatur, quam vt fortis
heros, vereque Christianus, non tamen expauit
nec exhorruit, Nanque ob eam sibi imminentem ne-
quaquam merebat, precipue vero propter vehe-
mentiam passionum, quas moriens se sciret eua-
surum. sed ob id animi discruciabatur, quod post

Maximil.

tam paucos presidentię suę annos. grauis iterum exactio, et grandis mulcta, vel a Iohanne XXII vel a Bonifacio Nono (contra sanctissimum Leonis II edictum) inuenta, suo misello populo, qui cunctis labore suo alimenta pararet, et pro seipsis vxoribusque et liberis opus haberet (quorum admodum vt fidus ouium pastor miserebatur) esset imponenda. Prefuit Sedi annis circiter quattuor. In octauo enim viuis excessit post Millesimum Quingentesimum decima quinta die Septembris.

Platina

Vriel. Ioannis Gemmingeri, equitis, Comitum Rheni palatinorum, in Germershein prefecti filius, Anno nati Christi Millesimo Quingentesimo octauo, quinto calendis octobris sedem maguntinam ascendit, Decanatum is prius gesserat, Doctusque fuisse, vtpote in Papiensi Gymnasio, sub Iasone Mayno, et Lancilotto Decio, Franciscoque de Curte, vt ex suo condiscipulo Wernhero Wolfselino accepi, auditor, ferebatur, sed magni refert in

M CCCCC VIII

Bernh

ecclesiastico, futuro presertim episcopo, quidnā
et quo fine, bonę literę perdiscantur, Authore Bern-
hardo super cantica, sermone XXXVI, Satius est
enim ecclesiasticis et ad Episcopatum aspirantibus,
operam nauasse sacris pontificiisq literis, qui-
bus iam paucissimi (propter spem premiorum
ablatam) in maximam ecclesię perniciem dedi-
ti sunt, et ob id (proh dolor) cancelli vacant,
viciorumq sentes pullulant, quam solis his arti-
bus, quę ad multiplicandas indies prebendas, as-
sequendasq dignitates et opes, vtcunq famulantur,
quę tamen breui interibunt, quę paucis post an-
nis, aut nos deserturę sunt, aut nos eas desere-
re (velimus nolimus) cogemur, Operepretium ve-
ro fuit precipue ecclesiasticis prelatis, exem-
plo clarissimorum Myrandulę principum (qui
tamen seculares fuere) illam doctrinam (quam sa-
pientissimi patres Augustinus et Gregorius in pre-
cio habuere) non omnino neglexisse, qua in fide
stabiliti, in spe firmati: in charitate solidi: de
diuina iusticia, misericordię coniuncta, de animę

immortalitate, de futura vita, de sacramentis. pre-
sertim venerabilis eucharistie, deque vera corporis
christi sub alieno typo presentia, non vel senes qui-
dem, post multam Cesarei iuris lectionem, et post den-
sissima scribentium volumina. immo et post mis-
sas celebratas, et papales persepe auditas, ulla ex
re vacillaremus. Diuinam sane scientiam omni
sacerdoti discendam. Stephanus hoestus Theolo-
gus meothericus Heidelbergensis. in elegantissime ad
clerum Spirensem sermone dilucide recensuit,
et nos contra poetastros, aliosque diuinarum litera-
rum inimicos. sacram paginam ad episcoporum, per
sese et suos implenda officia, ad tutandamque sa-
crosancte sedis apostolice maiestatem, utilissimam
esse. In apologia pro Repub: christiana quondam
ostendimus. Vrielem quoque parcum, et ad rem at-
tentum fuisse dicebant. quod facile crediderim,
ex fratris sui Georgii literis, ad me missis,
quibus ipsum sollicitum esse querebatur, de
grandi ere fuccaris Augustanis (quod ad ur-
bem mutuarant) restituendo. Tanta summa

Stephanus hoest

fuccari

nouies iam ętate mea illuc a germanis ex vno tan-
tum Archiepiscopatu euanuit/ Adiecit et Georgius
vrielem de conseruanda Erfurdia anxium esse.
quę iam nunc propicio Deo/ minus a diuo Martino
auelletur, Dum maior est charitas et amicicia Saxo-
nię ducum (presertim Friderici iustissimi) ad electo-
ris filium/ quam ad mediocris generis (vt ita lo-
quar) militarem. Vriel tamen a Iulio II ad diuini
cultus incrementum, et Reipub. vtilitatem/ pie et
sancte impetrauit/ ne vnicus, plures in diuersis
vrbis suę collegiis/ prębendas occupet. sicut Ba-
silee et Spire scio, in Herbipoli et Bamberga au-
dio laudabiliter obseruari. Plura enim rei diui-
nę officia/ Deo iucunda et animabus salutaria/ a
pluribus/ quam ab vno/ peragi/ et plura a plu-
ribus quam ab vno emolumenta in Rempub:
et ciues proficisci possunt/ O quanti iam apud
inferos ob auaritiam a nullo dispensabilem con-
tremiscunt/ qui nunc optant paucioribus ad
vitamque necessariis se sacerdotiis aut eorum
prouentibus contentos/ in dei laudem et decus

Longe

Erphord

Fridericus Saxo-
niæ Dux

Sanctum sta-
tutum

Historia

Alcymus

longe maiorem, quam in proprium et breui pe-
riturum questum, affectum habuisse et carita-
tem: qui viuentes in carne haud multum dissi-
miles fuere. cuiusdam Romani: qui a clerico
pauperrimo ex longinquis Regionibus aduentan-
ti, non nihil impetraturo, et aliquantulum cuius-
dam taxe moderamen, pro deo suppliciter iterum
atq; iterum deprecanti importune insolenterq;
respondit, Quid mihi de deo; Ponas pecuniam.
Quidnam de Christo huiuscemodi viri sentiant
nescio: eos autem conicio his Christi verbis non
admodum terreri, Quid prodest homini si
totum mundum lucretur &c Nec mouet eos
Alcymus, auitus, Episcopus. qui inter cætera sic
canit,

Haud aliter, viuax deceptus mole caduca
Spiritus, impleto veniet quum terminus euo,
Post obitum peccata dolet: tum quicquid iniquu
Gesserit, ad mentem reuocat, tum penitet omnis
Errorum lapsus, semet quos iudice damnat
Et si preterite reddatur copia vite

Sponte ferat: quoscumq dabunt mandata labores
Auaritiam quoq Diuus Bernardus septimo su-
per Qui habitat sermone, in his quoq (vt su-
is vtar verbis) qui in Religionis habitu et
proposito degunt perfectionis. grauissime ac acer-
rime reprehendit. Edidit Georgius, vrielis frater,
de audiendis confessionibus annotatiunculam,
e sacratissimo iure depromptam, floccipensis
violentis potestatibus, naturę legi quandoq ad-
uersis, ac ordinem ecclesię Ierarchicum per-
turbantibus, ab eo. loci profluxis, vbi honestis-
simę constitutiones a Pio germanię quodam
Episcopo editę, proh dolor pessundatę sunt et
eneruatę, quas licet in lege diuina iureq pon-
tificio fundatas, nonnulli e clero graues si-
bi esse opinati, papam inuocarunt, papa va-
stibus bellis implicitus (silent enim leges
inter arma) iudici commisit, iudex a quodam
nothο perperam narrante, circumuentus, eccle-
siasticę libertati contrarias esse decernens,
Episcopum sub excommunicationis latę sen-

Bernard

Annotaciuncul.
G: Geiniger

De: De Jacobaeys
L. Bellendin

tentiæ decemq milium aureum nummum de
camera penis reicere coegit / quod si luxus
noster et libido palam et impune plebem ir
ritauerit / nedum nos odium et contemptū
sed et ephebi literis dediti ad sacerdotium
aspirantes iacturam patientur / istis enim
elemosynam / nobis vero decimas et oblatio
nes timendum est detruncari / persuadente
sibi ipsi plebecula / que ex libris in vernaculam
traductis varia sugit / infames et infamantes
meretriculas / ac spurios / nulla lege suis dūtis
laboribus esse nutriendos / at leonem decimū
Antistitis huius christianissima instituta / nedum
confirmaturum / verumetiam vniuersæ christianæ
plebis religionem lapsam et labentem saluberrī
mis synodi constitutionibus speramus restitutu
rum / cecidit vriel anno Christi Mllmo . ccccc
decimoquarto / circa idus februarii / cum vix sep
timum pontificatus annum explesset / propicius
sit nobis Deus / ne ex tam crebris summatum
breuis vitæ annatis / ipsi nedum iniquis conditio

nibus/ecclesiarum suarum terras oppignerare/ sed
et fundum ac proprietatem/ demum alienare coga-
tur/ ne ve archiepiscopi nostri/ principesque sacro-
sancti Rhomani Imperii electores/ ex tantis auecti-
onibus/ vel cum stomacho Leonis optimi Maximi
patris et pastoris nostri/ in dies excrescentibus/
sutrinis aut nepezinis presulibus propediem
reddantur equales.

Albertus II Ioannis marchionis Branden-
burgensis principisque electoris filius/ madebur-
gensis Archiepiscopus/ ac germanie primas/ an-
no diuine pietatis Millesimo Quingentesimo deci-
moquarto postulatur/ nec dum enim per etatem

Mccccc xiiii

aut capituli consortium eligi poterat/ cum ve-
ro pauloante in Maguntiaco Annalem de mo-

re cohabitationem exegisset, tum animaduertit
egregia nobilium canonicorum industria Al-
bertum esse modestum, sobrium, continentem,
domum suam bene gubernantem, affabilem,
hospitalem, et doctorum hominum amicum,
uti illustris Bauarie dux Fridericus, ex comitibus
Rheni palatinis, argentinensis prepositus, domi-
nus et princeps mihi clementissimus, eundem
Albertum de multa doctrina, magna pruden-
tia ac pietate in deum, deq; sacerdotio et eius
sacrificiis, mirum in modum apud me com-
mendauit, id quod probatissimi viri literis
a wangionibus et urbe nemetensi ad me mis-
sis confirmarunt, quibus predoctus Eberhardus
cliuensis, predicatorum exemplarium prouin-
cialis, in patria mea heri delectus, astipulans, mi-
rifica me voluptate suffudit, quanta pridem ex
summo Leonis decimi pontificatu affectus sum,
Quippe cuius ad cardinalium cetum sublima-
ti, excellentissimam doctrinam, integerrimosq;
mores, ex Angeli Policiani Quinta octaui libri

epistola, iamdudum cognoram | persuasit albertus Canonicis senioribus, ut sacerdotio tandem ini-ciarentur | Georgiumq ex Comitibus Rheni pa-latinis Spirensem episcopum, vicesima secunda Iulii die, sequentis Anni # consecrauit | Deus Alber-tum incepto confirmet, ad germanie decus diu-tissime incolumem conseruet, eiq cum suis tan-dem felicitatem largiatur sempiternam.

Guilhelmo III Argen. et Renato II Verdamaren. epis presentibus summa cum laude

Man
22

epistol ... ctus
Canon ... mi
ciare ... ra
Latin ... da
Iulii ... lber;
tum ... niu
tissm ... m;
dem

H.
Guilhelmo IIII Argen
et Renato II Vda
maren epis pntibus
suma cum laude

Bayerische StaatsBibliothek
© 2009 digitalfoto-trainer.de